¶ NOMINATIVVS *autem frequenter desideratur ante verba prima, vel secunda persona, & interdũ tertia, (ut patet, ad tract. 4. c. 2.) Qui quidem, si est nominis verbalis (hoc est, rem verbi significãtis) dicitur Nominativus cognatus. Hic ante verba, quibus deesse nominativum existimatur, quæq; apud plerosq; Grãmaticos impersonalia dicuntur, subaudiendus est. Huius vicem, si forte huiusmodi nomen defuerit, supplet Infinitivum verbum, ut vivitur, s. vita, l, vivere: curritur, s, cursus, l, currere: Miseret, s, miseratio, l, miserere.*

¶ VERBVM *quoq; præsertim substantivũ tum in modo finito, tum in infinitivo, prapositis tamen pronominibus demonstrativis, aut Adverbiis, aut nomine*

sub-

substantiæ, item his, qualis, quantus per quam venustè taceiur. Æneid.1. Tu ne ille Æneas? s, es. Ter. Ne dicas tibi non predictum. s. esse. Quid graculo cũ fidibus? s. est. Liv. væ victis esse.

¶ Item incertum aliquod verbum. Ter. *ego ne illam s. visam, quæ illum, s, amat quæ me? s. exclusit. Ænei.1. Quos ego. s. punire vellem.* ¶ *Virg. Me ne incepto desistere victam, s. decet. l. quid simile.*

¶ *Sallust. Romani arma capere. s. cæperunt.*

¶ *Ter. ut te dii perdat, s oro.* ¶ Pers. *ô curas hominũ! s. narro.* Cic. O *me miserum, s. dico.*

¶ *Ter. Deûm, atq; hominum fidem! s. implore. Cic. ille implorat Deûm, atq; hominum fidem.* ¶ *Horat. Quo mihi fortunam &c. s paro.* ¶ *En, l ecce homo s, est, l, adest. En, l, ecce hominẽ, s, aspicio.* Ter. *ecce autem hic adest senex. Ovid. tostos en aspice crines.*

¶ Cic. *Male, me Hercule, de Achamante, s, narras. Idem, Male, Hercule, narras de filio.* ¶ *Ovid. Nil mihi rescribas. s, moneo, l, fac. Sic in illis omnibus, ames, legas, amaveris, legeris, &c.* Cic. *fac valeas.* ¶ *Cic. satiari delectationibus non possum (, s. hoc dico) ut meæ senectutis requiẽ noscatis.* ¶ *Cic. cum Libone in Pompeianum statim cogito, s, ire.* ¶ *Quod epistolam ad Brutum poscis: s, respondeo) non habeo eius exemplum.*

¶ *Ter. qd ille fecerit? s. rogas* ¶ *Ah, ne frigora lædãt s. timeo. Ovi.* Me*miserũ, ne pronacadas, s, vide, l, cave. Ter. vereor, ne sit a fortitudo innervũ erumpat.* ¶ Me *Hercule, me Castor, Medius fidius, s, amet, l, adjuvet. i. Me dei filius adiuvet.*

¶ *Plin studes, an piscaris, an simul omnia, s, facis. Sic in illis, bene Cicero, prudenter Scipio, s, dicit. Ter. bona verba quæso, s, dic. quid multa, s, dicam. Scit fidibus, s, canere, scit latine, s, loqui. De his hactenus, s, dictum est.*

ANTECEDENS *maximè si sit pronomẽ demõstrativum frequenter sub auditur, Ter. qui amat, nequit quin nihili sit, i. ille. Est, qui dicat, s, aliquis. Plin. Eo quo ferè, qui homini morbi, s, iidem.* Homo illiteratus *sed cui paucos anteponas, s, talis.*

RELATIVVM *quoq; solet de esse. Æneid. 1. Vrbs antiqua fuit, Tiri tenuere colones, s, quam. Liv.* Ego *Hanibal peto pacem, s, qui sum Hanib. Cæs. Carmonensis, quæ est longè firmissa totius provinciæ civitas, pro, Carmonensis civitas. Hanc Appositionem, l, Evocationem Grammatici esse finxerunt.*

¶ De supplendis iis, quæ de sunt in partiũ rectione.

GEnitivus *interdum sub intelligitur. Cic. Providẽtia mundus administratur. s. deorum, prov. Horat. Millia frumenti, s, modiũm.*

Accusativus Me, *te, se, quãdo suppositum agit in se, eleganter subiiceiur. Æneid. 2. Accingunt omnes operi, s, se. Ter. Quid multis moror, s, me. Idem.* Pro *Eunucho præbeas, s, te: Aliquando explicatur etiam post verba quæ, putantur in transitiva. Virg. se ad patrium limẽ tendebat. Item accusativus cognatus eadẽ ratione suppletur post quælibet verba significationis activã, quibus non apponitur Pleonasmi fugiendi causa, ut curro, s, cursum, sedeo, s, sessionem.* ¶ *Solet etiam sub audi*

ri aliud nomẽ similis significationis, ut quò pergis, quò tendis, s, iter, quia non nunquam idem exprimitur. Virg. tendit iter velis.

Infinitivo *utere, quando nomen verbale defuerit, ne cogaris rem agentem ostẽdere, quæ nihil agat, aut caussam sine effectu. Nam si Cato vivit, vitam, vel vivere vivit, & placet placere. Plaut. Nunc domum propera re propero. Idem intelligitur in participiis neutralibus ut lectum est, s, legere, legendum est, s, legere.*

¶ Accusativus *alius explicatur non nunquam etiam post verba, quæ apud Grammaticos censentur absoluta, ut* Deus *in adiutorium meum intende, s, animum. Hor. Si non intendis animum studiis* ¶ *Gallinæ, vel aves incubant, s, ova* Plin. Ova *incubare intra decem dies edita, ultissimũ.* ¶ *Meruit sub Hannibale, s, stipẽdium.* Cic. *Merui stipendium in eo bello.* ¶ *Virg. coeant in fœdera reges, s, societatem.* Cic. *Quasi societatẽ coit.* ¶ *Ignosco tibi, s, peccatum. Virg. Parvum peccatum ignovit.* ¶ *Nupsit regi, s, vultum, vel seipsam, Nam proprie significat nubo operire, & novæ nuptæ oculos operiebant ob pudorem.* ¶ *Impono tibi, quia tu imposuisti mihi, s, clitellam. Cic.* Att. *Clitellæ bovi sunt impositæ.* ¶ *Luce mihi, præluce nobis s, facem, l, cereum. Plaut.* T*u tibi luces cereum.* ¶ *Cur mihi detrahis, s, laudẽ.* Cic. Nec *vera laus illi detracta est:* ¶ *Caveo, l, metuo tibi, s, malum, metuo à te, de te, pro te, s, malũ.* Sic, *Consulo tibi, s, bonum, l, utile.* ¶ *Magnus civis obiit, l, oppetiit, s, mortem.*

¶ *Renuncio vitæ, s, nuncium, l, repudium.*

 ¶ De

¶De Partibus casus regentibus sub audiendis.

NOMEN aliquãdo desideratur in regimine partium. Cic. Nec tu solvendo eras, s, aptus. ¶ Cic. Homo infirma valetudine, s, affectus. Idem alibi. Affectus optima valetudine. ¶ Ille vir haud magna in re, s, constitutus. ¶ Georg. 4, Nec est, te fallere, cuiquam, s, datum. ¶ Vir claris natalibus, s, ortus, natus, oriundus. ¶ Vir magna doctrina, s, praeditus. Cic. homo singulari cupiditate praeditus. ¶ Ter. ex iure hesterno panem atrum vorant, s, maceratum pan. radix ex aceto: offa ex vino, s, macerata. ¶ Iovem lapidem iuravit, s, tenens lapidem iuravit in Iovem. ¶ A secretis, à consiliis, s, famulus. ¶ Modos fecit Flaccus Claudii, s, filius. ¶ Cic. Illius diei venit in mentem, s, memoria, l, recordatio. ¶ Cic. In animo habebam navigandi, s, propositum. ¶ Regis est, s, officium, munus, negotium. Cicero. Oratoris officium est. Adolescentis est (, s, opus) maiores natu vereri. Plaut. Id viri docti est opus. ¶ Virg. Ventum erat ad vestae, s, aedes. ¶ Quo ad eius fieri possit, s, facultatem, l, potestatem. ¶ Pro Deûm immortalium, s, fidem. Ter. Pro deûm atq; hominum fidem!

¶ Si quis damni infecti promisserit, s, iacturam.

¶ Maiores trimo, maiores decem annorum, s, aetate.

¶ Ne id assentandi fecit, s, causa. ¶ Cic. Castra aberãt biduu, s, itinere, l, via. Caes. Biduu iter est progressus.

¶ Altus septem pedum, s, mensura. ¶ Eges medici, abũdas pecuniarum, s, copia. Caes. Abundas copia frumenti. ¶ Potiri rerum, s, imperio. Caes. Totius Galliae imperio potitur. ¶ Pendeo, discrutior animi, s, mente. Lucr.

Mens

Mens animi vigilat. ¶ Accuso, damno, Absolvo te furti, *s*, crimine. *Valer.* Incesti crimine est accusatus. ¶ Abstine, desine, querellarum, *s*, ab actione. ¶ *Virg.* Fusus erat terræ frumenti pauper acervus, *s*, in solo terre. ¶ Ex numero suppletur in omni partitione, unde regitur genitivus partitivi, numeralis, & superlativi, quia nonnunquam ab autoribus repetitur. *Cæs.* Ex numero navium nulla desiderata est.

¶ PRÆPOSITIONES etiam, & alia indeclinabiles partes solent sub audiri. ¶ Præ, in omni comparationis gradu latet, ut Ioannes est doctior cæteris, *s*, præ cæt. *Mat.* 3. De grano sinapis, quod est minimum omnibus seminibus, *s*, præ õnib. Et aliquando exprimitur. *Cic.* Tu, præ nobis beatus. *Apulei.* Vonis senior præ cæteris. ¶ Ad unguem factus homo, *s*, usq; ad. ¶ Cum verba duos habent accusativos, in altero de est præpositio, quæ græcè dicitur, Kata, latinè, circa, per, in, quæ in adiectivis etiam nominibus solet suppleri. Ter. Argentũ condonamus te. Idem, habeo alia multa, quæ nunc condonabitur, fractus membra, Albus dentes, *s*, circa. Ipsa etiam aliquando præpositio expressa invenitur. *Liv.* Circa omnia desecernat. Terentius dixit, quid venisti, pro, ob quid &c. Unde falsum est asserere, id, aliquid, quid, nihil, & alia huiusmodi esse accusativos extravagantes; cum habeant sub auditam, et in terdũ expressam præpositionem, à qua regantur.

¶ ADVERBIA quoq; solent in oratione desiderari. *Plaut.* Tacita semper bona est mulier, quàm loquens *s*, magis bona, quàm &c.

¶ *Tibia non ut nunc, s, olim erat, ut nūc est.* ¶ *Quadragesimo anno, quàm urbs condita erat, s, post, quàm.* ¶ *Ter. Omnia experiri, quàm armis sapienter decet, s, prius, quàm.* ¶ *Horat. Ut matrona meretrici dispar erit ii fido scurra distabit amicus, s, sic infido &c.* ¶ *Catull. Tecum ludere, sicut ipsa possem, s, utinam.* ¶ *Qui fit, ut nemo sua sorte contentus vivat, laudet diversa sequentes, s, sed laud. &c.*

¶ CONIVNCTIONES *Item sub audiuntur. Ter. Negat. quis, nego, ait, aio, s, si.* ¶ *Ter. Quāquā est scelestus, non cōmittet, ut vapulet, s, non tamen.* ¶ *Horat. Sic tu sapiens finire memento tristitiam, s, tanquā sapiēs.* ¶ Pro *patre mori possum; corā patre non possum, s. vero, l, autē.* ¶ *Melius, peius, prosit, obsit, nihil videt, s, an, l, ne.* ¶ *Velis nolis, scias, s seu.* ¶ *Virg. Nimium ne crede colori, alba ligustra cadunt, s, quia.* ¶ *Ter. Hâc, illac perfluo: æqui, boni optimus, Maximus, vti, frui, s, &.* ¶ Non *solum elegās, sed facetū, s, sed etiā fa.* ¶ *Hac non successit, alia aggrediamur via, s, ergo.* ¶ *Ter. Eius causa, opinor, erat mortua, s, ut op. Sic in illis, volo facias, Nolo dicas, s, ut fa. ut di.* Et *in illis Sine veniat, sine faciat, s, ut ve. ut fa. Ter. Sine ut veniat. Et in illis, cave ne dicas: da operam ne veniat, s, ut. Cic.* Impetrant, *ut ne iurent.* ¶ *Qui plura de supplendi ratione volet, adeat Brocensis Minervam, ubi eruditissimè, latiusq; de hac materia disputatur. Unde pauca hac ferè desumpta sunt.*

ZEVGMA.

Quod deest in simili desumit zeugma propinquo.

¶ Zeug

Zeugma *figura est, cū id q̄ in oratione desideratur, è p̄ximo in eodē periodo assumitur, manēte eodē genere, & numero, & casu, cæterisq; atributis. Ci.* Nulla possessio, nulla vis auri pluris quā virtus estimanda est. ¶*Sic interim, verbū idē eleganter subauditur sed in alia significatione. Cic. Adolescens & cedē patris, & se ab insidiis* Artabani *vendicavit. Verbū hîc primò significat ulcisci, secundo, liberare.*

¶*Si autem, mutatur genus, aut numerus, aut aliquod ex ceteris accidētibus, dicitur* Syllepsis, *de qua latius postea. Cic.* Risus populi, atq; admiratio omniū facta est. ¶*Si verò dictio aliqua totum significans præcedat, quæ rursus in partibus intelligitur, neq; explicatur, dicitur* Prolepsis, *ut* duo reges Romam auxerunt &c. *Sed cū huiusmodi syllepsis, atq; Prolepsis fiāt, quando id, quod in oratione deest, sumitur, & suppletur ex eodē periodo, ad Zeugma sūt referendæ, quā alii in* Hippozeugma, Mesozeugma, Protozeugma *distingunt. Sed hæc omnia inutiliter adducuntur, ut affirmat Quintilianus) quādo una Zeugma omnes huiusmodi supplendi modos amplectitur. Cæterū illud maximè animadvertendū censeo, cū una quæq; linguarum appetat in loquendo brevitatem, nos prædictis uti debere figuris ad evitandū Tautologiæ vitiū, & alia, quæ inepta obscenaq; dictionū repetione inornatā efficiūt orationem, ut si unum ex allatis exemplis, nempe,* duo reges *& c. non secundum figuratam Latinorum, sed secundum iustam Grāmaticorum constructionē sic proferatur;* Duo reges auxerunt Romam, Romulus

auxit

auxit Romam bello, Numa auxit Romam pace *Quid oratione hac hunc in modum prolata insulsius*

¶De figura Adiectionis.

IAm ad figuram illã, quæ ex superantia, vel additione in constructione excusatur, Pleonasmum, scilicet, transeamus.

PLEONASMVS.

Omne super vacuum Pleonasmus rite vocatur.

SI quando puer apud graves autores aliquid offenderit, quod supervacaneum, atq; otiosum esse videatur; ne id sine causa factum esse putet, adduntur enim interdum quædam affirmationis gratia. Ter. hisce oculis ego met vidi. Addũtur & alia, quæ aut vetustate, aut autoritate, aut consuetudine, aut necessitate deniq; excusantur. Cic: ubi terrarũ esses, ne suspicabar quidẽ. Impetrant, ut ne iurent. Tu longe gentiũ abes. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo. A Brundusio nulla ad huc fama venerat. Adolescẽtulus miles ad Capuam sum profectus. Ceteri heredes adeũt ad verrem. Hunc per decem annos aluimus. Si filius natus esset in decẽ mensibus. Cæs. de tertia vigilia. Vir. Sole subardenti resonant arbusta cicadis. Paul. Propri on est nostra salus quàm cũ credimus. Ovid. Cõcussit Cæsariẽ, cũ qua terrã movit. Geor. 2. Exercere solũ sub vomere. Colũ. De manu cibos, & aquã præbebat. In sacris, visitabo in virga peccata eorũ. Ci. plus etiã, quàm pro virili parte obligatũ puto. Non bene pro toto libertas venditur auro. pro nihilo facio habeo, duco. Sall. Multi

cũ bona

ĩ bona spe adolescentes. Virg. Horridus in iaculis. Cũ
ũs ex more vocatis. Horat. in longum vivat avũ. Ci.
Democritus uberior in ceteris. Plaut. ab ingenio est im
robus. Lact. per bis sexulnas eminet ille locus. Varr.
Est lapis ad duos pedes altus. Ovid. Neve peregrinis
ãtũ defendar ab armis. Cic. Mare, quia à sole collu-
et, albescit. Ovid. A vento unda tumet. Cic. qua de
ausa. Flevit de morte illius. In quibus exẽplis superat
iisce oculis, met, Terrarum, quidẽ, gentiũ, die, & om-
nes præpositiones. Idẽ quoq; evenit præpositionibus, quæ
adduntur verbis aut nominibus copiam, vel inopiam
significantibus. Cæs. Hæc à custodibus clasiũ loca ma-
xime vacabant. Cicer. Locus à frumento copiosus.
Itẽ in his verbis, prosequor, & afficio. Liv. Deceden-
tẽ domũ cũ favore, ac laudibus prosequuti sunt. Et
alia huiusmodi, quorũ maxima ex parte non imitan-
da, sed meditanda, discentibus proponuntur.

¶ De figuris immutationis, sive discordiæ.

OB easdẽ rationes figura Enallage, sive syllepsi, quã alii vocãt Cõceptionẽ, immutationes partis pro parte, aut discordia accidẽtiũ inter partes excusantur. ENALLAGE.

Cum pars apposita est pro parte, Enallage dicũt.

ENallage figura est, cũ pars una orationis pro alia ponitur. ¶ Nomẽ substãtivũ pro Adiectivo, scelus pro sceleratus. Ter. ubi illic est scelus, q &c. Nomẽ pro Participio, flumina corrusca, pro corruscãtia. Et pro Adverbio, nullus pro nõ. Cic. Philotimus nullus venit, i. non ve. Et pro Coniunctione, quamobrem.

¶Pro-

¶Pronomen *pro Nomine*, ego, *pro*, *Ioannes*, *Magister*. *Et pro Adverbio*, hòc, *pro*, *huc*. *Et pro Coniunctione*, Ideo, *pro*, *propterea*. ¶Verbum *pro Nomine*, mentiri, *pro*, *mendacium*, Amare, *pro*, *amore*. *Et pro Adverbio* amabo, obsecrò. *Et pro Interiectione*, age agite. *Et pro Coniunctione*, licet, *pro quamvis*. ¶Participium *pro nomine*, amans, *pro*, *amator*. *Et pro Adverbio*, horrendùm, *pro horrendè*. ¶Præpositio *pro Adverbio*, coram. *Et pro Interiectione*, prò *deûm*. *Et pro Coniunctione*, protcrea. ¶ Adverbium *pro Nomine*, satis *est*. *Et pro Coniunctione*, quando, *pro*, *quoniam*. ¶Coniunctio *pro Adverbio*, Cum, *pro quando*. *Et pro Interiectione*, *ut* at.

¶ *Omnes ferè orationis partes pro se ipsis cõstitui possunt.* ¶ Verbum *pro verbo*, *ubi cõmutantur atributa*, Modus *pro modo*, si te æquo animo accipiet, *pro acceperit*. Tempus *pro tempore*, vicisti, *pro viceris*. *Aut cum ponitur* genus *pro genere*, Populo, as. Populor, aris. ¶ Participium *pro participio*, *pro* fussus, *pro profundens*. ¶ Præpositio *pro præpositione*, in, *pro contra*. ¶ Adverbium *pro adverbio*, hic loci, *pro tunc temporis*. ¶Cõiũctio *pro Coniunctione*, atq;, *pro*, *quàm* ¶Nomen *pro nomine*, Dardanus, *pro dardanius*.

SYLLEPSIS, SEU CONCEPTIO.

In genere, aut numero Syllepsis discrepat apte.

C*Um autẽ* Enallage, discordia, I, immutatio *fit numeri*, *aut generis*, *aut casus*, *dicitur* Syllepsis, *sive* Cõceptio. *Per* numeros, *cũ verbũ plurale discordat in numero cum nominativis copulatis singularis*

numeri sequens, & concipiens nobiliorem eorū personam. Cic. Si tu, & Tullia lux nostra valetis, ego & suavissimus Cicero valemus. *Item cum Adiectivum aut Relativum plurale discordat in numero cum substantivis copulatis vendicans sibi, concipiensq; genus eorum præstantius. Ter.* Quàm pridem pater mihi, & mater mortui essent. *Sall.* Divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. *Cic.* Propter summam doctoris auctoritatem, & urbis, quorum alter &c. Per casus, *cū una ex personis agentibus ponitur in ablativo adhibita præpositione cum. Ter.* Sirus cum illo consusurrāt. ¶ *Fit quoq;* Syllepsis, *cum Nominativus & verbum, Adiectivum, & substantivum, Relativum & Antecedens sensu, & significatione consentiunt, quāvis voce discrepent. Virg.* Pars in frustra secant. *Liv.* Pars in iuveniles lusus versi. *Ter.* Vbi illic est scelus, qui me perdidit.

De figuris transmutationis.

Et perturbatus vocum fit Hyperbaton ordo.

C*VM orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplici, atq; grammatico sermonis ordine, non vitium est, sed virtus, qua* Hyperbaton *appellatur, id est,* Transgressio, *seu* Transmutatatio *dictionum. Cic.* Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. In duas partes divisam esse: *simplex erat ordo, sed durus, & incomptus.*

¶ Hyper

¶ Hyperbati *aliquot sunt species.* ¶ Anastrophe *est duarũ dictionũ ordo praeposterus, ut* mecum, tecum, secum, nobiscum &c. quibuscum, quibus de rebus. Anastrophe *illa, urbẽ, quã statuo, vestra est, pro quã urbẽ statio &c, & alia huic similis, admodũ dura est.* ¶ Tmesis *est, cũ verbũ cõpositũ dividitur, aliqua dictione interposita.* Cic. Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed externa etiá bella. Rem verò publicam penitus amisimus. ¶ Parẽthesis *est brevis sensus sermonis, antequã absolvatur, interiectus* Cic. ô praeclaram custodem oviũ (ut aiũt) lupum. ¶ *Sed iam aliquot de partibus eleganter transmutan-dis regulas ad orationis ornatum dum ad rethoricam pervenitur, breviter constuamus.*

ALIQVOT DE EXORNANDIS ORATIONIBUS PRAECEPTA PAUCIS CARMINIBUS CONSTITUTA.

QVamquam in transmutandis partibus orationis firma lex dari nõ potest, propterea quòd ex consultatione auriũ interdũ, vel autorũ imitatione, vel apto iudicio sermonis elegantia utiliùs forta se videatur discenda: haec tamen elegantiarũ documẽta ex doctissimorũ autorũ scriptis desumpta auditoribus meis tradenda putavi, ut congruã illã orationẽ, ordine grãmatico structam, cuius iam compositionis nõ sunt ignari, his erudiri praeceptis venustã faciliùs, elegan-

antem suisq; virtibus absolutam redderent.

Virtus est vitium fugere, affectatio turpis.

*P*Otissima igitur elegantiæ virtus est, ut non solum vitia illa (a quibus supra) fugiantur: sed, ut nimia etiam curiositas, turpisq; affectatio evitetur. Nam um orationibus Grāmatico naturaliq; dispositis ordine frequenter sit usus Cicero, præsertim ubi narrat aliquid, aut probat, (ut planè hac in eius oratione liquet: quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ in atrio libertatis, *& alibi*, ob repulsi ad honores errore hominum, commendatione famosarum imaginum: *& aliis pasim locis*) *turpis quidem esset affectatio eas immutare, cum ipsæ per se suapte natura & spōte fusæ orationes sint numerosæ. Sed ad orationes alias eleganter conficiendas hæc observentur regulæ.*

Verbum finis amat 2. Generale, insigne ve nomē
Dictio vult recta præponi sæpe regenti.
Mobile vult fixo præponi 5. sit medium quid.
Dissimiles inter similes tu ponito casus.
Verbis non longè præpone Adverbia ritè.

¶ *A posterioribus obliquis oratio in verbum sepius, 2 Aut in generale aliquod, insigne ve nomen finiatur. 3. Dictio recta vult suo regenti sæpe præponi. 4. Substātivum nomen adiectivo postponitur. 5. In horum medio aliquid, maximè particula monosyllaba intericiatur: 6. Inter similes dissimiles collocantur casus. 7.* Ad*verbio verbum præsertim abeo non longè præposito exornetur. Exempli causa.* Sum 4 ma recte facto 6 rū au 4 de ha 4 nc o 5 b cau 4 sam su 3 i studio 3 osos

virtus mi 7 rè cōm 1 endat. *Aliquod interdum Adverbium, 2, quemadmodum generale, ut* omnes, nullus, *vel insigne nomon, ut* præclarus, egregius, *in fine pulchrius relinquitur sic.* Quæ mihi iussisti, perfeci omnia diligenter. Tuam virtutem mirātur om 2 nes. Me tui amantiorem habes nemi 2 nem. Quæ Alexander ille magnus edidit, opera sunt præclara. ¶ *Item Adiectivum quodlibet, aut Adverbium, pro nominibus,* is, idem, hic, *aut coniunctione,* quidem, *comitibus, post orationem adduntur, & quidem venustè, sic.* Ex te litteras accepi, easdemq; mihi gratissimas. *Cic.* Nihil est quod Deus efficere non possit & quidem sine labore.

8 Qui, quoq; præpones, 9, respondet sæpe sequēti

8 ¶ *Suo antecedenti Relativum eleganter præponitur sic,* quas ad me dedisti litteras, fuerunt gratissimæ.

9 *Quod si inter duo substantiva ponatur, ornatius cū cōsequenti concordat.* Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

10 Vult etiam præponi, Qui, vice præpositurae.

¶ *Præpositiones,* ob, propter. Secundū, pro, *et his similes, accedente verbo,* Sū, *In Relativū,* qui, quæ, *q, per quàm venustè mutantur sic.* Quæ tua est humanitas multa in me beneficia cōtulisti, *pro,* ob tuā hū, &c.

11 Mobile, dum parit neutrum, poscit genitivum.

Lōge pulchrius multū pecuniæ, *quā,* multa pecunia

12 Laudās, aut cōtrà, ritè casū dato sextū. (*dicitur.*

¶ *Cū laudare quēquā, aut vituperare conamur, ablativos laudis, s,* gloria decore, fama, laude, splēdore, *aut vituperii, s,* flagitio, scelere. facinore, *adhibemus*

audationis, aut vituperationis causa in genitivo con-stituta, sic. Cicero eloquentiæ laude claruit, *pro*, eloquentia claruit. Catilina cōjurationis scelere damnatus est, *pro*, coniuratione damn. etc.

3 Sunt mihi (non habeo) bis septé, népe, loquaris.

Verbo, est, *eleganter utimur, pro*, habere, *ut*, sunt mihi bis septé Nimphæ. i. *habeo.* 14. *Nimphas. Si autē Adiectivū aliquod illi adsit, significans*, utile, delectabile, honestum, *aut quicquam huiusmodi, in suū abstractum substantivum dativi casus elegantius convertitur sic.* Hic liber erit tibi utilitati, *pro*, utilis.

4 Tum Infinitivo, demptis, quòd, &, ut, decet uti

Infinitivi *temporibus eleganter utimur pro similibus finiti modi habentibus*, quod, l, ut. *Cic.* salvum te advenirè, gaudemus, *pro, quòd salvus advenias.*

15 Terni verba modi pro verbis dicito primi.

Subiunctivi *interdū tempora pro indicativi tēporibus haud illepidè in oratione locātur. Cic.* frater tuus quāti me faciat, semperq; fecerit, esse hominē, q ignoret, arbitror neminē: faciat p facit: fecerit p fecit.

16 Infinitivi vim tradito participanti.

Participia *passiva elegāter pro infinitivo mutātur, ut* anteq̄ incipias cōsulto opus est: p cōsulere. Bonā tibi fortunā invētā curabo, *pro*, inveniri. *verba* Mādo pato, duco, loco, dcerno, statuo, existimo *adesse hic* plerumq; *contingit, ut* hāc domū habitandā locavi.

17 Sæpe Gerundivis sermonem ornato locandis.

Gerūdivis *nominibus pulchrius quā ipsis gerūdiis utemur, ut* tuis legēdis epistolis plurimū delector.

¶ *Gerundium accusativi cum præpositione,* Inter *præteriti imperfecti partes admodum eleganter agit, ut* interlegendum, *pro* dũ legebam. ¶ Posterius supinũ *Adiectivis nominibus iũctum in oratione, quæ per gerundium accusativi variatur, venustè admodum ponitur sic.* Ars difficilis cognitu.i.ad cognoscendum.

18. &, l, tũ, paribus, cum, tũ, im paribus dare debes.

¶ *Paria copulantes,* &, l, tum *geminatis utemur sic*, Pompeius omnem Romanorum & armis, & consilio (*vel*, tum armis, tum consilio facile princeps. I*mparia vero coniungentes levius in principio, adhibita,* cum: *maius autem in fine; precedente* tum, *constituamus sic. sice.* Erat meum consilium cum fidele Pompeio, tum salutare utriq;.

19 Vox durè sonitans voces petit æqui parentes.

¶ Adverbio Maximè *adhibito positivis pro duris superlativis utemur, ut* Maximè memorable, *pro* memorabilissimum.

¶ *Si quando epitecta augere volumus, positivis* per, perquàm, *comparativis*, longè, multò: *superlativis*, quàm *adiungemus ut* per quàm beatus fuit Cæsar, sed longè beatior Augustus, Quam beatissimus autem Trajanus.

20 Sæpe negans aliquid contrarium adiũxeris eius

¶ *Qualibet dictio haud in ornatè persiuum oppositum exornatur, addita negatione sic.* Cicero fuit haud nescius litterarum.i.peritus. ¶ *Verbum,* desine, *haud in comptè subticetur, accedente verbo*, possum, *negatione,* non, *utrinq; circundato, ut,* Non possum non

lege

legere, i, non possum desinere legere, l, lectionem.
¶ *Oratio masculina, aut fœmenina pulchrius in neutram convertitur sic.* Nil dulcius melle, *pro*, Nulla res dulcior melle. Nil fervētius illo, *pro*, nullus ferventior illo.
¶ *Cicero ab his ferè vocibus orationem exorditur.* Quãquam, & si. Ego verò. Tamet si. Primum, In primis *vel ab Adiectivo nomine ut* Magnus, Vetus. *Vel a* Dativo *casu participii præsentis cum prima persona, ut* instituenti mihi.
¶ *His continuat.* Iam. Iam verò, quin, quin etiam, quid, quod, item, itemq;. Portò, &, ac, atq;, etiam. At vero, at equidem, & profectò, & præterea, & certe, age, age verò, adde, huc pertinet, huc facit, eòdem spectat, tum. Nam, etenim, ad hæc postremo. Quod si. Proximum est.
2 ¶ *His tandem orationem, l, eius sensum claudere solet.* Ergo, igitur, quamobrem, quare, quocirca, quapropter, quo nomine, quibus rebus, ex quo efficitur, restat, existit hinc, itaq;, qua quidem in re, ita efficitur, quo explicato, ostendi, dixi, habes, docui, hactenus.
1 ¶ *His ab una re ad aliam transit.* Sed videamus, verùm nunc ad illud. Nunc ad propositum, restat, reliquum est, sequitur, sed antequàm hoc, Pauca de illo occurrunt, obiicit, quærit hoc loco, sed iam, ut veniam ad illud: Iam de illo &c. ¶ *Autores verò citans primum breviter laudat*, præclare illud, recte Enius, accuratè, ac facetè Diogenes. *Hactenus de*
S 3 *elegan-*

elegantijs.

Cætera Ræthoricis, habet hic constructio finem

¶*Cum iam ad constructionis finem deo gratia deveni mus:* *Cætera, quæ ad innumeras ferè alias latinæ linguæ figuras spectant, Rhetoribus, atq; Poetis relinquimus, si dum ad illos tempus est perveniendi aliquas tñ etiam eloquutionis figuras à* Grāmaticis *nescio quo iure usurpatas operi huic crasa(ut aiunt* Minerva*) addiderimus.*

FIGVRÆ DICTIONIS.

D*Ictionibus necessitate metri aut addere, aut detrahere, aut immutare aliquid Poetæ plerumq; adducuntur, apud quos non Barbarismus, sed* Metaplas*mus id appellatur.* ¶Ephæresis *é principio tollit (ut* tēno, *pro* contemno) *quod* Prothesis *auget (ut,* retulissem, *pro,* tullissem ¶Syncope *de medio tollit(ut* audistis, *pro* audivistis) *quod* Epenthesis *auget ut* Navita, *pro,* Nauta. ¶Apocope, *de fine tollit (ut* peculi, *pro* Peculii) *quod* Paragoge *auget, ut ad* mittier, *pro* ad mitti. ¶Antithesis *est litteræ cōmutatio, ut* olli, *p* illi

FIGVRÆ ELOQVVTIONIS.

V*T ornamētum aliquod suis* Rhetores *orationibus afferant quibusdam uti figuris consueverunt, propria dictionum significatione in alienam, quæ aliquam proprię similitudinem referat, cōmutata. Hanc* Tropum *appellant, quæ cum quadrifariam fieri contingat, quatuor* Troporum *species constituuntur,* Metonimia, Metaphora, Ironia, Sinedoche.

¶Me-

¶ Metonimia *est mutatio significationis ex causis ad effecta, ut* Mars, *pro*, bello, ferrũ, *pro*, gladio, Ceres, *pro* pane, Bachus, *pro* vino, Venus, *pro* carnis libidine. *Ter.* Sine Cerere, & Bacho friget Venus. *Aut è cõtra, Vir.* Pallẽtes habitãt morbi, tristisq; senectus. ¶ *Item ex subiectis ad adiuncta, ut* Italia, *pro* Italis. *Aut contra, ex adiunctis res subiectas intelligimus, ut* scelus, *pro* scelesto. *Ter.* ubi illic est scelus, q me perdidit? *Huc referũtur imppria epitecta, ut* dulcis amaror. ¶ Itẽ Hypallage *dicitur, quoties converso rerũ ordine aliquid dicimus. Virg.* Ibant obscuri sola subnocte per umbras. i, ibãt soli per obscuras umbras.
¶ Metaphora *est Translatio significationis ex cõparatis ad comparata, aut cum ex simili similem significamus, ut* Parturiũt mõtes: florescunt genæ. ¶ *Hæc, si durior, vel im propriè fiat dicetur* Cathacresis, I, Abusio, *ut* liberalis, *pro*, prodigo. ¶ *Cum autẽ aliud, atq; dicitur, significamus*, Allegoria, Inversio, *et in sacris* Parabola *nuncupatur, ut* vineã de Egypto transtulisti. ¶ *Si verò perplexa, aut obscurior fiat*, Enigma *vocatur, ut* Materne genuit, eadem mox gignitur ex me. Ignem gladio ne fodito. i. ne irascẽtem irrites.
¶ Ironia, illusio, simulatio *est mutatio significationis ex oppositis ad opposita, quia contrarum quàm quod dicitur, intelligi volumus.* Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? i, execrata.
¶ Synedoche *est mutatio significationis ex toto ad partem. Virg.* Priusquã Xantũ bibissent, i, ex aqua Xanti. *Aut contra, ut* tectum *pro* domo.

¶ *Cum verò genus pro specie ponitur,* Antonomasia *dicitur, ut* Apostolus, *pro,* Paulo, *vel cum pluralis ponitur pro singulari, aut contra, ut* Oratores visi sumus. ¶ *Si autem fidem augendi causa excedit significatio,* Hyperbole *nominatur, ut* Nive candidior.

¶ *Hæc de justa atq; figurata constructione.*

AD TRACTATVM V. DE Prosodia adduntur hæc.

AD AVDITORES.

MAgno equidem elatus fui semper studio vos videndi (fratres charissimi) in præcipuam syllabarum rectæ pronũciationis, atq; dictionum Accentus curam summa cum diligẽtia incũbentes, ut divina verba non solum coram fratribus recitandi, sed, præsente etiam populo, decantandi officio vobis præcipuè imposito absq; ullo errore fungeremini. Hac etenim de causa in ipso statim studii exordio de re nulla vehementiùs laboravi, quàm ut inter prima illa rudimenta, à quibus estis bonis (ut ita dicã) avibus auspicati, quædam vobis de hac re pingui (ut aiunt) Minerva materno idiomate, ut vestro tunc imbecilli captui nos attemperaremus, traderem. Iam verò, quæ ad huius rei perfectionem in illis desiderari possent, latino vobis sermone perfectiùs, pleniùsq; donare volui, ut rebus illis omnibus, quæ ad exactam in Grãmaticis

ticis documentis institutionom spectant, peractis, supremam huic operi manum fæliciter imponeremus.

¶In.C.1.de litteris, & syllabis.

L*Ittera partim sunt vocales, l, sonantes, partim consonantes. Vocalis est, quæ per se pronunciari potest Hæ sunt sex.* A.e.i.o.u.ypsilon, *ex quibus totidē fiūt dipthongi.* æ.au.ei.eu.oe.yi. *ut* præmium, Aurum, Hei, Europa, Pœna, Harpyia. *Consonans est, quæ nisi vocalem feriat, pronunciari non possit. Sūt autem sexdecim, ex quibus octo semivocales appellantur, quòd proximè in sonoritate ad vocales accedant.* f.l.m.n.r.s. x.z. *sed.* l.r. *Liquescunt frequenter præcedente, muta.* M.n. *raro, idq; in græcis tantū dictionibus, ut* Tecmessa, Cycnus. *Mutæ itidem octo numerantur, sic dictæ, quia nihil prope sonant.* b.c.d.g.K.p.q.t. ¶ H. *non est littera, sed aspirationis nota.* ¶ *Duplices fiunt* .i, *inter duas vocales, &* .x.z. *in medio, vel in fine dictionis simplicicis.* u. *in his dictionibus* huic, cui, *etiā liquescit.*

¶In.C.2.de Accentu.

G*Ræci* Prosodiam, *Latini* Accentus, T*enores, & interdum tonos vocant.* Accentus *rector est, ac moderator pronunciationis. Eo enim vel attolitur, vel deiicitur vox, vel partim attolitur, partim deiicitur. Vnde ipsum non immeritò quidam vocis animam appellarunt. Tres sunt tenores,* Acutus, *cuius nota é siniestra in dextram obliquè ascendit, sic /* gravis, *cuius signum á summo in dextrum obliquè descendit sic * Circunflexus, *cuius nota ex accuto, & gravi con-*

stat, sic, ^ . *Huius quidem hodie sonus incertus est. Latinæ namq; linguæ hospites, veterisq; pronunciationis ignari eodẽ penitus sono tum acutas, tum flexas vocas efferunt.* Acuto *acuitur syllaba*, gravi *deprimitur ut* pópulus, *antepenultima acuitur, penultima, & antepenultima deprimuntur, gradatimq; descendũt. Accentu* circunflexo *partim attollitur, partim deiicitur syllaba, ut* Románus. *Sed* acutus *in antepenultima, vel penultima vel ultima semel depingitur:* Circunflexus *in penultima, vel ultima:* Gravis *in ultima tantũ in hunc qui sequitur modum.*

¶ *Dictio unius syllabæ, si natura brevis est, aut positione longa, in se ipsa ponit accentum acutum, ut* át, ást, léx. *Si verò longa est naturâ, aut positione simul & naturâ, flectitur, ut*, mõs, lûx.

¶ *In disyllabis prior naturâ longa, aut positione simul & naturâ flectitur, dummodo posterior sit brevis, ut* Câcus, *áudit, alióquin acuitur, ut* sérmo, árma.

¶ *In polisyllabis semper observanda est penultima, quæ flectitur, si longa fuerit naturâ simul, & positione; dũmodò ultima sit brevis, ut* amîcus, afflîgit, *alióquin acuitur, ut* románus. *In polisyllabis semper acuitur antepenultima, si penultima sit brevis, ut* témporis, dóminus.

¶ *Syllaba nullius dictionis latinæ ultima (autore Quinti. lib. 1. c. 5. & lib. 12. c. 12) proferenda est accentu acuto, aut circunflexo, etiam si eodem notetur. quare,* Pálam, úna, álias, *& cetera id genus adverbia primo acuta sunt pronuncianda. Nec te moveat Nebrisensem*

ità docuiſſe, neq; à Typographis accentu gravi, aut circunflexo quaſdas eſſe notatas, quia ipſe Antonius in ſuis commentariis in prima haberi accentum noviſſimè docet, & Typographi id, eo conſilio faciunt, ut ad verbia eſſe intelligas & ut caſus ambiguitas auferatur, ut falſò, naturâ, ergô.

¶ *Præpoſitiones ſuis caſibus præpoſitæ (ut ait Quintil. ubi ſup.) uno, eodemq; tenore ſimul cum ipſis efferũtur ac ſi una tãtum eſſet vox, ut* perſõrũ, abéo, adDêum. *Vltimæ ſyllabæ clauſularum, quæ interrogativè proferuntur, acui ſolent, ut* dixiſti ne?

¶ *Verba planè Græca, græco acentu pronunciantur, ut* Paralipoménon, Lithóſtrotos, Kyrieléiſon, Bárrabas, Mámmona, ázimus.

¶ *In Græca lectione ſi duas vocales concurrunt, ne in carmine quidem eliditur prior, niſi in ipſis libris ante per Apoſtrophem ſit extricta, ut* Kyrieleyſon.

¶ *Quæ Hebrea omnino ſunt, neq; latinitate donata Hebreo tono pronũciantur, ut* Amén, cherubím, *quæ acuta extrema (ut pleraq; alia) efferũtur. Sed* Abel, Cáim, Làmec, Nóe, Abigáil, Baál, Edẽ, Efráta, Gómor, Iſbóſſet, Pháſe, Sybólet, *& quæ in,* Ezer, Sedec, melec ay, *exeunt, ut* Eleázar, Melchiſédec, Abimélec, Sarái, Sinái, Abiſái, *penultima acuta proũciãtur.* ¶ *Quætãdẽ a Græcis, & Hebreis ad Latinos deſecerũt, Latinorũ norma metiẽda ſunt, ut* Idôlũ, *media flexa, licet à Græcis,* Idolũ, *ante penultima acuta pronũtietur.* Sára *à Latinis priore acuta effertur, quia declinatur, ut* Muſa, *cũ ab Hebreis,* Sarà, *poſterior acuatur. Idẽ dicẽdũ eſt de nominibus in,* ia, *ut* Theológia, l, Theología.

¶ *Dicimus etiam* Allelúya, ⊕ fanna; paraclétus, paráclitus, Eli, lamá, zabathani, golgotá lithoſtrótos *in antepenultima, l, penultima habet accentum.* Ieſus *triſyllabum eſt nomen, & ultimam habet acutam, ſi greco more pronunciatur, ſi autem latino; penultima acuitur.* Satánas, *penultimā producit.* Satan, *ultimā acuit.*

¶ In. C. 3. De ſyllabarum quantitate.

Syllaba, ſi eſt brevis, unum dat, duo tēpora lōga.

S*Yllaba eſt integri ſoni iunius vocalis ſola, vel cū conſonantibus iuncta cōprehenſio, ut* a mo ris. *Hac autē dicitur bravis, ſi unum tempus in eius prolatione cōſumitur, aut longa, ſi duo; aut anceps ſi modo breviter, modo longè profertur.*

¶ Vocalis ante vocalem.

¶ *Multa nomina Graca familiariſsima Latinis habent vocalem ante vocalē longā, ut āer, chorēa, platēa, darīus, Antiochīa &c.*

¶ De Diptongo, & Poſitione.

¶ Dipthongus, Præ, *cum vocalē pracedit, eſt brevis, ut* præuro. *Vocalis brevis ante duas conſonantes in eadē dictione, ut* potentes, *vel indiverſis dictionibus, ut* procūl vaſtis, *vel ante unā duplicem eiuſdē dictionis ſimplicis ut* Pompēius, Sintāxis, profetizo, *producitur. Quod ſi vocalis brevis ante mutā, & liquidā eiuſdē dictionis ſimplicis collocetur, brevis eſt, in carmine vero eſt cōmunis.* Ovid. Et primo ſimplicis vólucris, mox vera volúcris. *Si autem vocalis pracedēte mu-*

ta,

te, & liquida naturâ longa est, nunquā corripitur, ut mātris, in volūcrum, & c. *in quibus*, a, l, u, *sunt longa naturâ quia à supinis, aut à nominibus derivantur.*

¶ De Compos. & derivatis.

¶ *Composita atq; derivata, simplicium derivatorūq; dimensionē sequuntur, ut* per lego *penultima brevis, quia*, lego, *eius simplex eandē habet brevem.* Itē legā, lege, legito, e, *brevē sortiuntur, eo quòd sunt formata, ac derivata à* lego, Aratrum, simulachrum &c. *penultimā habent longā, quia à supino*, Aratum, simulatum, *deducuntur.* Reditus, exitus, &c. *penultimā corripiunt, quia supina, unde fiunt, eandem brevē efferunt. Sed* fomes mobiles, laterna, regula, *primā habent longā, cū verba* foveo, moveo, lateo, rego, *à quibus proficiscuntur, eandē corripiant. Contrà*, lucerna, Arista, sopor, vadū *primā corripiunt, cum verba*, luceo, Areo, sopio, vado, *à quidus oriuntur, eandē producant. De Cōpositis etiā excipies*, deiero, pronuba, semisopitus, maledicus, causi dicus, nihilū, *quæ brevia sunt, cum verba*, iuro, nubo, sopio, dico, hılū *à quibus de ducuntur, primā habeant longā.* Conubiū *à* nubo, *secundā habet cōmunē.* Ambitus, *in participio, penultima longa.* Ambitus *nomen, eadem brevis. Aliaq; multa tum composita, tum derivata, quæ sui originem naturam non sequuntur, usu, & Poetarum lectione discenda sunt.*

Compositum prima si desinat, e, vel, i, parte,
Aut, o, micron breviat semper quibus, y, vel, u, iunges.

¶*Prior pars cōpositi breviat, si desinat in*, e, i, omicrō y, l, u, *ut* ante fero, omnipotens, Sarcophagus, Polydorus, Troiugena.

Composita ex, facio; varia. Producito refert,
Atq; videlicet, e, de, se, veneficus, &, ne;
Quæq, dies fert, di, si, scilicet, illicet, idem,
Bigæ; quadrigæ, Trinacria, ubiq;, tibicen;
Atq; meliphylon: ducta ex, qui, vipera; ibidem.

¶*Prior pars compositi ex* facio *ut* tepefacio, *habet*, e, *varia, sed hæc producunt*, e, refert, *pro*, *necesse*, *&* videlicet. *& composita cum his præpositionibus*, e, de, se *ut*; Educo, deduco, seduco, *item*, veneficus, *&* ne. *ut*, nequo, *Sed ex his breviāt*, neq;, nequeo, nefas, dirimo, disertus. *Producunt etiam*, e, *composita*, *à*, dies *ut* meridies. *Item composita cum*, Di, si, *ut*, dimoveo siquis, *item*, scilicet, illicet, Bigæ, quadrigæ, *quia vocales in unum contractæ, ferè semper producuntur, ut* di, *pro* dii: obit, *pro* obiit: derit, *pro* deerit, dinde, *pro* deinde: sorsum, *pro* seorsum, videlicet *pro* videre licet: scilicet, *pro* scire licet: illicet, *pro* ire licet: bigæ, quadrigæ, *pro* biiuge, quadriiugæ. *Item, producuntur, idem, masculinum*, ubiq;, ibidem, Trinacria, meliphylon, vipera, *& cōposita, a, q, ut* quidā.

A, pro, corripiunt Græci, tenduntq; Latini.
Corripeq;, fundus, neptis, fugioq; nepos q;,
Et fari, festus, fateor, fanumq; crearunt,
Huc ꝓ fugus spectat, cui iunge ꝓfano, ꝓtervus,
Huc proficiscor addes, properate, ꝓcella, ꝓfectò
Sicq; propago genus, verbū pro pago fit anceps
Pro pino, procuro, cello, raroq; profundo.

¶ A, pro, *apud Græcos breves sunt, ut*, athomos, Propheta. *Lōga verò apud Latinos, ut* amitto, proveho. *Sed hæc breviant* profundus, proneptis, profugio, pronepos, profari, profectus, profiteor, profanum profugus, profano, protervus, proficiscor, propero, procella, profectò, propago *cum significat genus, provite est longum, si autem est verbum, modo est breve, modo longum simul cum his verbis* propino, procuro procello, *& rarò* profundo.

¶ *Hæc præterea præpositiones sunt breves*, ab, abeo, ad adoro, ante, antefero: circū, circumago: in, inuro, ob, obeo, per, pereo, re, refero, sub, subeo, super, super addo.

¶ In. C. 4 De incremento.

Vas, mas, Anas, iubar, & lar, quis, s, cōsona præsit.
Et dropax, anthrax, atrax, cum smilace climax,
Fax, & atax, & abaxq;, panaxq;, colaxq;, toraxq;.
Et cum compositis coracis, philacisq; duobus.

¶ *Habent Præterea*, a, *incrementum breve*, vadis, maris, Anatis, iubaris, laris, *& quæ consonantem habent ante, s, ut* Arabs, arabis, *&* dropacis, anthracis, atracis, smilacis, climacis, facis, atacis, abacis, panacis, colacis, storacis, *&* coracis, *&* philacis *cum suis cōpositis*. Nicticorax, acis, Arthophilax, acis.

Nesis, dis, samnis, gryphs, lis, vivexq;, quires, glis,
Cis, ab, ix, produc. Histrix, fornix, varixq;, larixq;
Coxendix, & Eryx, chænix, Cilixq;, calixq;,
Pixq;, filixq; salix breviat, Bebrycis anceps sit:
Gis, genitivos brevia, coccyx, mastixq; repelle.

¶ Est

¶*Eſt etiam longum,i,incrementum in his nominibus,* neſidis,ditis,ſamnitis,gryphis,litis,vivicis,quiritis glitis.*Itē in genitivis in*,icis,*cuius, nominativus terminatur in*,ix,*ut* felix, felicis. *Sed ex his breviant,* Hiſtricis,fornicis,varicis,laricis, coxendicis, Erycis,chænicis,cilicis,calicis, picis, filicis, ſalicis. *Sed* Bebrycis *habet incrementum cōmune. Sunt quoq; breves genitivi in* gis,*ut* lapix, lapigis, *ſed* coccigis, maſtigis *ſunt longi.*

Alobrogem addes.On finita græca notato.
Obs,asq; ops brevia:cercops,cyclops excipe,
ethydrops.

¶*Excipiuntur quoq; brevia* Alobrox, gis: *& nomina finita in*,obs.ops,*ut* ſcrobs,ſcrobis,æthiops,æthiopis;*ſed* Cercopis,cyclopis;hydropis *ſunt longa.Græca vero in*,on,*quæ in obliquis habent omicron, corripiuntur,ut* Acteon, Agamenon, Amazon,dæmon, Gnomon,Gorgon,Ixion,Lacedemon,Licaō, Mēnon,Palemon,Sarpedon,Syndon,Hyperiō, Amithaon,Amphion,Eſon,Peon,*& gentilia,ut* Santones,Theuthones &c.*cetera ferè ſunt lōga,ut* Iaſon, *ex quibus Latini aliquando litteram*,n,*detrahunt,ut* Iaſo.

DE RATIONE INVENIENDI primas,medias,& ultimas ſyllabas,earumq; quantitatem.

G*Eneraliſsima quidem de ſyllabarum dimenſione precepta, quā potuimus breviſsima eademq; planiſsima hactenus tradita ſunt. Sed,quoniam alia non*

desunt

desunt dictiones multæ, quarum dimensio superioribus forsitam regulis comperta esse non posset: hos ego versiculos quibusdam particulis nihil ad significantibus cõfectos huic opusculo contexere decrevi, qui magno ad primas, medias, ultimasq; syllabas dignoscẽdas, earũq; quantitatem generaliter investigandam erunt Tyronibus adiumento, eosq; non parvo labore liberabũt: quorum etiam exceptiones, & si prope infinitæ sunt; singulis tamẽ, quo possit copiosissime, subiicũdas curabimus

¶ In primis autem notandum est, dictionis monosyllabæ quantitatem in ultimis esse investigandam, dissillabæ verò prioris in primis, posterioris in ultimis requirendam; polisyllabæ tandem primæ in primis, ultimæ in ultimis, mediæ vero sive illa sit una, sive sint plures inter primam & ultimam in mediis esse dimensionem indagandam.

¶ DE PRIMIS SYLLABIS.

Man, levetens, drismul, gõbodos, corripe bulpub.

MAN.

A generaliter est longa, ante, m, n, in dissylabis, ut *fama, sanus.* Breviat: *amo, clamys, fames, sanos, tamen:* Anas, *tis, anus, cano, is, canis, manus, planus, i,* & composita ab, *ana, ut analecta, orum &c.* Producunt *ex polysyllabis, amentum, amineum, daneta, lamina, lamenta, Mamercus, Mamertinus, mamura, mamurius, Bamura, Anulus, canabis, danubius, ganeo, onis. Sed Hamus* indiferentem habet.

Sed ante alias consonantes corripitur, his exceptis. A, ante, b, producunt, *Abel, crabo, flabrum, flabellũ*

T *fabula,*

fabula, labienum, labor, oris, labes, nabis, pabulum, sabura, sabus, Tabraca, tabes tabi, & herbalia in, abilis, ut fabilis, sed privatim breviant, habilis, stabilis.

A, ante, c, producunt, *acer, acris. Acis, brachiũ, brachia, Cacus, cacabo, as, cacabus, dacus, facundus, gracito, machina, macero, Pacuvius, Pachynus placo, racipolis, Trachyn, Troche, vacia. vacienus, vacinium, vacillo.*

Ante, d, prodncunt, *Adam, caduceus, clades, Padus, gades, Ludon, rado. radix, spadix, suadeo trado, traduco, vado, sed gradivus* indifereutem habet.

Ante, f, producit, *Afer.*

Ante. g. Producit, *agea, agalma, Bragada fagus, flagito. flagitium, fragrum, fragor. aris, Lagus, magalia, mago, pagus, pagina, plaga, pro vulnere, sagus, i, saga, æ, strages, stragulum, tragula vagio. vagina.*

Ante, l, Prod. *ala, ales, alea, Alecto, Alia, æ, flu. balena; balista, balo, as, calo, onis, caligo, as, halo, halex, malus arbor, malion, pomum, mala, pro mandibula, palatium, palus, palor, aris, pala, qualus, qualis, e, talus, talis, e, sed palatum* habet indiferentem.

Ante, p, prod. *apisbos, apulus,* Apulia, Apeninus, Apidanus, i, Africa, *crapula, capetus,* papè. papilio, *papo, as, rapum, sapo, onis, sapis. flu. saperda, vapulo.*

Ante, r, prod. *ara, arados, i, areo, area, barium, baris, idis, caria, carica, carix, glarea, larius, larissa, nares, narica, pareo, & Adiectiva in, arus, ut clarus.*

Ante.s.Prod.*asinus,asis,asopus,basium,cascus,nasus Naso,phasis,Pasithea,Sason.*

Ante.t,prod.*Atys,atagena,Atella, Atina,ater,catillus,chratis,crates,crater,clatrus,frater,fatum,gratus,latus.a um,laterna,Latone,mater,materia,maturus,matutinus,pratum.Patagia,flu.Saturnus, Scatinia,lex,vates,vaticanus.*

Ante.v.prod.*avius,clava,clavis,clavus,David,davus,flavus,gnavus,gavisus. Lavinium, Lavinia, Mavors,mavis,navis,pavo,enis,pravus,ravus,suavis,suavium.*

LEVETENS.

E *Generaliter* Producunt, ante,l,indissyllabis,ut *chela.* Breviat,*chelys,celeris gela,gelu,lelex,egis, helix,& ameli,& melam,composita,ut melilotus,melanthium,& scelus,telon,velim &c velut.* Ex polissi llabis producunt,*bellua, delibus, delicia, delubrum Elisium,electrum, Helios,* & composita,ut *Heliades. Peligni. Pelveum, Pelusij, Pelium, Pelias, spelunca, spelsium,spelei,Telephus,Pelamis, Telegonus, Telemachus,* Telemus,*velabrum.*

Et ante, n, *ut veneo,* Breviat,*bene, benignus,Enyo, Enipeus,enim,fenestra,agenes,* & á genao comp.ut *genesis,genus.* Menalippus. *Menapiorum. Meander, phrenitis,penes,penitus,penetro,pinates.penus,senex, Seneca,*Senon,*Sthenelens,teneo,tenor,tenuis,tenus,venafrum,venilia,venutus,a,ū venia,Venus,venenū venio,xenium.*

Et ante,s,ut.*Thesens.*Breviat *sesostris, thesis, vesulus,vesens,vesoni,vesavius.ii.* T 2 Et

Et ante, t, ut *meta*. Breviat, *etiam, fretum, getes, hetruria meto.is, metuo, metallus, metaurus, metopon*, & a meta comp. ut *metreta, retio, tetricus, a, ū. Thetis*. & à tetra comp. ut *tetrarcha, veto, vetus, veternus*, & quæ habent p. ante, e, ut *petra, peta, peto, is*.

Et ante. v. ut *vivo*. Breviat, *brevis, levis, severus*.

Ante alias consonantes corripitur, his exceptis.

E ante, b, Prod. *privatim creber, cebrenus, flu. debeo debilis, flebilis, gleba*. Hebe, *hebesus, Nebris, Nebrisa, Rhebus, Sebethus, flu, Trebula, Thebæ, arū*, Thebe, & omnia per epsilon.

Ante, C, Prod. *secius, securus*, & græca per epsilon, ut *Echo, theca*, & comp. ut *dactylotheca*.

Ante, d, prod. *cedo, pedo, is sedulus, sedes, seditio*, & græca per epsilon, ut *Medea, medica, rheda*.

Ante. g. Prod. *lego, as, Pegasus, regula, regulus, regina, Rhegium tegula*.

Ante. m. Prod. *crementum, demū, demo*, & à demos comp. ut *demosthenes, Emathia, emolumentum, eminus, semen, & a hemis comp ut hemina, hemicyclus. Hemus, nemo, phemone, remus, schema*, & a semis comp. ut *semita, temo, onis*.

Ante. p. Prod. *copa, Cephisus Epyrus, repo, sepes, sepia*

Ante, q Prod. *nequam, nequitia, nequaquam, nequis, sequana flu*.

Ante, r. Prod. *beryllus Beritus. Cerusa, cerinthe, cera clerus. Eridanus, fretum, eruca, feralis. Feronia, feria Geriones, heres edis, heros, Herodes, Meriones, Nerites, Neris, Nerio, pera, pero, onis, serus, spero, feria*,

 Theron,

Theron, thera. thereus, verus, veratum, verona, & a, xeros comp. *ut xerampelinus.*

DRINSMVL.

I *generaliter*, ante, d, producitur. ut *idem mascul*; Breviant, *Cydon, didymus, fidelia, fidis, fides, fiaena, gnydos, hydaspes, hydrus, idem, neutr, idoneus, dumc, ideo, quidem, video, vidua.*

Et ante. l, ut *Pileus*, breviant, *Cilium, Cylidrus, cylindrus, filix, hilaris, ilerda. Lilea, Lilibaeum milium.* Milopila *qualudimus, pilus, pylos. phylos, philira, pilene, filer, filex, fyla fileo, filigo, filiqua, filurus, stilus, tilia.*

Et ante, m, indissyllabis, ut *limus.* Breviant, *fimus, hymen, mimas, nimis, Simon, simul. thymus*, Sed ex polysyllabis prod. *simius, simulus. Hymera, chymerinus Timaus, dimidium.*

Ante, n, & ut *linum*, Breviant *Cynapes, flu. Cynedus, cinis, cyniras, Cynicus*, et a Cynos cōp. *Inula, inuis, Linus, Lino, is. minime. Minerva, miniam, Minus, flu. minio. Miniya populi, mina, minister, minor, aris, minor, minuo, minus, miniscor.* Ninus, *sinapis sine, sinister, sino. Si non, sinopis, sinus, sinuessa, rinea*, & a syn comp. ut Sy*nagoga.*

Et ante, r, ut *lira* Breviant, *chiragra. dirimo, hyrie, hirudo, hirundo, lira. Myron, myceron, nireus*, & á pyr, comp. ut *pyra*, sed prod. *Pyramus, pyramis, pyrene, pyrous, pyrus, pyrum.* Item Breviant, *Quirius, Syrus, Syracusa, tyrus, tyranus, viridis, vireo, viriatus, viresus, á vire.*

Et ante, v, ut *vivo. Ante alias consonantes corripitur, his exceptis.*

I Ante, b, privatim, producunt, *fibula, hibernus, ibis, idis.* Liber. *i. libethrum, opp. libo, as, libum, scribo, scibilis, sibilo, as, tibia, tibur, tribulum, viburnum*

Ante, c, prod. *dico, ficus.* Icarus, *icon, ico, lycas, licium micanice,* Phycus, *opp, pica, picus, picenum, sica, sicut.* *Sicilia Sichaus, Sicanir, spica, spiculum ticinus, trica triceni, vicinus.*

Ante, g, prod. *Bigæ, figo fligo, frigus, frigilla, gyges, piga, pigardus, strigilis, striga, strigo, triga, triginta, viginti, vigesis.*

Ante, p, prod. *gryphes, gryphus.* Iphitus, *pipo, as, pipilo as, riphei, ripæ, scipio, sipho, stipes, stipo, as, scrypulus, sipharium, sipus, tiphys, tiphon, vipera.*

Ante, q, prod. *liquetiũ, liquor, eris, liquor, etis, liquor,* sed, *liquidus,* primam habet indiferentem.

Ante, t, prod. *Bithynia,* Briton, *Clitella, clitunus, clitorius, cliton, dito, ditesco, fritinio is. Italia, Ithyreus, mitis.* Mitilus, *nitor, eris, Pythagoras,* Pitheus, *Python, pithius, pytheleon, pytisma, ritus, rite, scitor, sithon, triticum, triton, tityrus, titan, titillo, vita, vitis, vito, vitupero, Zithum,* sed *pituita* indiferentem habet.

GUMBODOS.

O Ante, b, Producitur. ut *robur.* Breviant, *globus, obesus, obolus, obex, probus, probo, probrum, soboles.*

Et Ante, d, ut, *rodo*, Breviant, *fodio, modus, modo, odor, odium,* Et á pus, et á rhodos comp. ut *polydarius,*

rius. Nodo *daphne. rhodus, rhodope, rhodanus, sodalis.*
Et ante, g, ut *cogo.* Breviant, *Logos & comp. & derivata, ut theologus, rogus, rogo, toga.*
Et Ante, m, ut *vomer,* Breviant, *Bromius, coma, a, comes, chromis, comedo, dominus, domus, domo, glomero homo. Homerus, nomas, omasum, omitto, stomachus.* Tomos, et comp. ut *athomos, tomaculum, vomo.*
Et ante, s, ut *prosa.* Breviāt, *Cosæ, Cosyra, dosis, Mosa, osyris. Prosymna, posui verb. rosa. āte alias corripitur.*
O Privatim Ante, c, prod. *cocytus, crocalus, focale. locusta, oceanus, ocyor, Phoca, phocus, pocis, procerus, poculum, vocalis.*
Ante, f, prod. *Tofus.*
Ante, l, Prod, *boletus, bola, colum, colyphium, dolium, dolon, moles, molior, moly. Nola, nolo olearus, olenos, olim, prolixus, proles, polypus. Polydamus, solus, solor, solers, solemnis, spoletium, Tinolus.*
Ante, n, Prod. *conor, cone, conopæum, conus, donum, donec, monychus, nonus, pronus, pono, ponè, Zona, gonia phone,* & eorum comp. ut *trigonus, phonascus.*
Ante, p, Prod. *Copa, copiæ, copula, copo, onis, cophos, dropax, opiæ, nimph, opilio, populus arbor, popeanum, psophis, scopa, sopio, stlopus.*
Ante, r, Prod. *Corus vēt, corā, corycus, corythus, coraliū, chlorens, doris, doricus, dorion, doron, hora, morio, Noricum, oro, Orythia, orion, oricos oppid. Prora. Sora soracte, sorex, thorax.* & quæ habēt, l, āte, o, ut *gloria*
Ante, t, Prod. *Clotho.* Lothos, *poto, proteus, sotades, totus,* & a protos, cōp, ut *ptogenes.* Ante. v. Prod. *ovis,*

BVLPV.

V Generaliter ante,b,breviatur,ut,*ruber*, Producuntur,*bubuleus,bubo,onis.bubulus.Bubastus,iubilus,lubricus,nubes,nubo,is,pubes,rubigo,suber,subula,tuber,uber.*

Et ante.l ut*fulix,Prod.culus,dulechiũ, fuligo,inis. Iulius,mulus,pulegium,pulex,Thule vulgo.*

Et ante,p, ut *lupus*,Prod *cupa.Iupiter,nuper,pupus pupa, pupula,pupillus,rupes,scrupus,stupa. Ante alias consonantes producitur his exceptis.*

V .ante, c,privatim,brev.*cucufas,cuculus,cuculo.as,cucullus.cucuma,cucumis,cucurbita, cucurrio,ducẽti,duceni,iucundus,lucerna,lucrum, lucumo lucellũ,sucerda.*

Ante.d,Brev.*pudet pudor,rudis, virga pret. rudens, sudes,studium,ruder,Tuders.*

Ante.f.brev.*rufa.arum.*

Ante:g.Brev.*fugio,iugũ,iugis,iugulo.pugil,tuguriũ*

Ante.m.Brev.*cumulus,crumena,humus,humerus. Numa. Numantia. Numanus, numerus , numisma, rumex tumeo,tumulus,tumultus.*

Ante,n,brev.*cuneus,túnica.*

Ante,r,brev.Curius,*cures oppid.curetes populi, curulis. Durius flu furio,muria,nurus,spurius.*

Ante.f.brev.*frusino,onis,pusillus,susanna,susurrus,*

Ante.t.brev.*cutis,frutex,futuo,futurus,lutum.Mutina.mutilus,muto,onis,nutrio,putens,putris,puto. Ruteni,pop.rutilus,Rutuli,pop.rutrũ.Rutuba,flu.rutupe,opp.utex.a.um,uter,tris,uterus,utica,uti.*

Ante

Ante,v,Breviat si consonās præcedat,ut Iuvo.

¶DE MEDIIS SYLLABIS.

Gavan,Cedmūt,quins,mōdotos, corripe vulpub.

GAVAN.

A *Generaliter*, Ante.g.Prod,ut,*imago*.Brev.*Arviragus,asparagus,chiragra.Lalae,mandragora.Masagetæ,patagia,pelagus,podagra, vertagus*,& ab agorazo comp.ut *Pythagoras*,& ab,ago, ut *pedagogus*,& à *frango*,ut *naufragus*, & a vagus, ut *noctivagus*.

Et ante,n,ut *inanis*,Brev.*Apidanus.balanus,clibanus,Drepanum.Dardanus.Eridanus,galbanum.Hypanis.Hyppomanes.laganum,libanus,raphanus, Rhodanus*,& *græca in phanus,l,phanes,ut stephanus, Aristophanes*.sed *sicanus*, & *Cyane* mediam indifferentem habent.

Et ante,v,ut *cadaver*. Brev.*Batavus,Patavium*.

Ante alias corripitur,his exceptis.

A ante,b,privatim prod.*arabulus*,& verbalia in abilis,abundus,alulum,abrum,ut *amabilis,populabūdus venabulum,velabrum*.

Ante.c. Prod.*benacus, cloaca, iracundus, meracus, mustacium,novacula, opacus, pastinaca,pistacium, portulaca,retinaculum,sarracum*,& nomina in acrū aculum,aceus,l,acius,ut *lavacrum,gubernaculum vinaceus,acinaceus*.

Ante,d,Prod.*cicada*.

Ante,l,Prod.*canalis,omphale,bardanapalus, Stymphalus,sandaliū*,& derivata in alis,ut *animalis, vocalis*.

Ante,m,Prod.*dictamnum*,& in,amen, sive amenti ut *iuvamen*,*iuvamentum*, & Hebrea ad declinatio nem nostram reducta,ut *Adamus*,*i*.

Ante,p,Prod.*Anapis*,*Mesapus*,*Priapus*,*serapis*,*si napis*.

Ante,q,prod.*nequaquam*,*usq́;* *quaq́;*.

Ante,,r,prod.*amaracus*,*amarus*, *avarus*, *cocleare*, *denarius*,*tiaras*,& nomina,in,áris,l,arius,ut *auxiliaris*.*sextarius*,*sacrarium*.

Ante,s,prod.*agago*,*amasis*,*omasum*,*Parnasus*.

Ante,t,prod.*Acathes*,*iapis*,*aratus*, *Egathes insula*, & propria in ates & derivata in atus,ut *Euphrates senatus*.

CEDMVNT.

E *Generaliter*,ante,C.prod.ut *imbecillus*,Brev.*Seneca*,*senecio*,*illecebra*.

Et ante,d,ut *teredo*.Brev.*Andromeda*,*essedum*.*Lebedos*.*Macedo*,*peucedaneum*.*Tenedos*,*unedo*,& ab hedra comp.ut *cathedra*,& á medeo,ut *diomedes*,& à cleos,ut *Empedocles*.

Et ante,m,ut,*eremus*. Brev.*artemis* , *& ab eo comp*. *elementum*.*Ptolomeus*.*Tlepolemus*,*vehemens*.

Et Ante,n,ut,*verbena*,Brev.*Armenia*,*ebenus*. *Helenus*.*Iuvenis*,*ingenium* , *ingenuus*, *olenus*, *orcomenos*, *Prosena*,Et à venio, comp. ut *advena* , á genes , ut *Archigenes* & á sthenes,ut *Anthistenes*,& á parthenos,ut *Parthenius* , & finita in , mene,l,menes , ut *Philomenes*.

Et Ante.t.ut *moretum*. Brev.*amethistus*, *Arethusa*, *chrysen-*

chrysendetum. Iapetus, *macetes*, *pharetra*, *pheretrum*, *siretrum* Phaeton, Phaetusa. *Taygeta*, *Triquetra*, *temetum*, *venetus*, *vietus*, & finita in, etas, ut *pietas*, & ab arete, comp. ut *panaretus*. *Lampetus*. (ptis.
...t ante, v, ut *vesevus*. *Ante alias corripitur his exce-*

E Ante, b, privatum Prod. *Corbeus*. *Perrhebus*, a. ...
Ante. f, Prod. *veneficus*, in aliis indiferens est.

Ante, l, prod *phaselus*, *philomela*, & derivata in elis, ela, ut *crudelis*, *tutela*, sed, *Cybele* indiferentem.

Ante. p. prod. *Asepus*. *Ascelepius*, *Iosephus*, *praesepe*.

Ante, r, prod *Abdera*, *austerus*, *chimera*, *cithera*, *citheron*, *ciperas*. *galerus*. *Homerus*, & à hieros comp. ut *hiera*, *Hierapolis*, & *iberus*, *machera*, *Megera*, *mysterium*, *niceterium*, *panthera*. *poderis*, *syncerus*, *trietoris*, *severus*.

Ante, s, prod. *archesium*. *diœcesis*, *galesus*. *Lalesus*. *Iesus*. *Gyrnesus*, *Nilesius*, *Marpesus*, *Magnesia*, *matesis* *poesis*, *synteresis*, & ab esus comp. ut *obesus*.

QVINS.

I Generaliter, Ante, n, prod. ut *clandestinus*. Brev. *acinus*. *Amineum*, *Apiririnum*, *Arimidum*, *asinus*. *Asine*, opp. *buccina*, *catina*. *circinus*, Ciminus, *cominus* *destino*, *dominus*, *eminus*. Euphrosine, *eleemosyna* *fiscina*, *fuscina*, *fæmina*, *frusino*, *inquino*. Lucinus, *lamina* *machina*, *mutina*, *morinus*, *nũdina*, *pagina*, *patina*, *pãpinus*. *Proserpina*, *protinus*, *ruspina*, *sasina*; *sarcina*. *sabina*, *statina*, *sophrosina*, *ticinus*, *tutrina*, & derivata quædã ab adverbiis tẽporis, ut craftinus, sed ex his quædam producunt, ut *matutinus*, *vespertinus*. Itẽ

bre-

breviant, derivata quæ materiã significant, ut *ole-ginus*, & ab his, quæ colores, lapillos, odores, siv unguenta significant, ut *glaucinus*, *chrystallenus*, *myrrhinus*, *amygdalinus*, *sandicinus*, & græca in, ει nos, ut *carinos*.

Et ante, q, ut *anquus*. Brev. *reliquus*, *siliqua*, *undiq* *utiq*.

Ante, s, & ut *Anchises*. Brev. *Cythisus*, *elysius*.

Et ante, v, ut *saliva*. Brev. *redivivus*. *Ninive*. *Ante alias consonantes brev. his exceptis:*

I Ante. c. privatim Prod. *amicus*. *Apicius*, *apricus*, *Aricia*, *Caicus*, *cuticula*, *craticula*, *canicula*, *cuniculus*, *conuicium*, *cervical*. *Equicolus*, *febricula*, *formica*. *Labicum*, *lectica*, *lumbricus*, *myrica*, *marica*, *lurica*, *mendicus*, *meretricula*, *multicium*. *Nasica*, *novicius*. *Numicius* *Palicus*, *periculum*, *posticus* *pudicus*, *pedico*, *as*, *pediculus*, *phænicopterus*, *redimiculum*, *rubrica*, *Trivicus*, *tibicen*, *tegeticula*, *vesica*, *umbilicus*, *urtica*, *ustica*. *Vaticanus*, *viticula* Et a nice comp. ut *Polynices*, & barbara in, icus, ut *Fredericus*.

Ante. d. Prod. *Abydos* *Acidalia*, *desidero*, *fastidio*, *formido*, *trucido*, & nomina in, ido, ut *crepido*, & patronimyca masc. à nominibus, in, eus, ut à Tydeus Tydides.

Ante. g. Prod. *auriga*, *caligo*, *as*, *castigo*, *fatigo*, *fastigium*, & á fligo comp. ut *affligo*, & *instigo*, *lestrigones*, *prastigia*, *salpiga*, *origanum*, *quadriga*, *vestigo*, *ac vectigal*, & nomina in igo, ut *caligo*.

Ante. l. Prod. *asylus*, *asylum*. *Asilas*, *Aprilis*, *adilis*,

croco-

rocodylus. Eriphile, exilis, masylus. Pamphylia, peti-
a. Quintilis, sextilis. subtilis, venilia, & neutra in,
e, ut cubile, & a nominibus drivata ut puerilis. Sed
breviant ex his; humilis, parilis, dapsilis.
Ante. m. Prod. ariminum, discrimen, enthymema, opi
mus, quadrimus, sublimis, & nomina a verbis quartæ
in imen, ut munimen, & quæ exeunt in entum, ut
vestimentum.
Ante. p Prod. Euripus. seriphos, coliphium, obstipus.
Euripides breviat.
Ante. r. Prod. Busiris, Cercyra, camiros, Corcyra, cosy
ra, collirium. Cypirus, delirus. Epirus Ethyreus, magi-
ros. Nisyrus, papyrus, podalirius, saphyrus, Semiramis.
Ante. t. prod. aconitum. Architus, Berytus, catamytus
cocytus, coritus, hermophroditus, idolothytum, irrito.
Lusitania, margarita. Mauritania. pituita. parasitus
Thersites, valitudo, & græca in itis, ut phrenitis, &
propria in itis, ita, ut, levites, l, levita. & denomina
tiva in itus, ut auritus, & verba frequentativa, &
participalia a verbis quartæ in itum, ut auditus, us.
sed servitus, & servitium breviant.

MONDOTOS.

O Generaliter Ante. d. prod. ut Herodes, Brev. ex
hodus, perithodus, synodus.

Et ante. m. ut, Sodoma, Salomon, & à ftomos
comp. ut Chrysostomus, & dromos, ut catadromus,
& a, tomos, ut atomus.

Et ante. n. ut corona. Brev. abrotonum. Aponus, Auso
nius, cestonum, Geryones. Hermione. Mycone. & a go-

nos i o, *Antigonus*, & á phones, ut *Tisiphone*, sed á gona, prod. ut *trigona*, item brev. á phone, ut *antiphona*.

Et ante, s, ut *dolosus*, Brev. *Ambrosia, Theodosius*, & græca habentia, omicron, ut *Mnemosine*.

Et ante, t, ut *ægrotus*. Brev. á dotos comp. ut *antidotum*. Ante, alias corripitur, his exceptis.

O Ante, b, provatim, prod. *Iacobus, October*.

Ante, c, prod. *patrocinium, negotium*.

Ante, g, prod. ab, ago com. ut *pedagogus*

Ante, l, prod. *Aetolia, capitolium, Cimolus, idolum, Mediolanum, pactolus*, & à poleo, cōp. ut *bibliopola*.

Ante, p, prod. *Antropus. Asopus. Aesopus. Canopus, canopeum. Crotopus. Europa*, *Hyssopus, lopas. Metopon, pyropus, sinope, sinopis*.

Ante, r, prod. *aurora. Anthoros, Cytorus. Diores, Florus, Pelorus*, & denominativa in, orus, a, um, ut, *decorus*, & á doron. comp, ut *Polydorus*, & à moros, ut *sycomorus*.

V V L P V B.

V Generaliter, ante, b, breviatur ut *coluber*. Prod. *ambubaia, anubis, saluber, solubilis, volubilis, pronuba, innuba*, sed *connubium* indiferentem.

Ante. l, ut *æmulus*, Prod. *adulor, Amulius, Apulia, curulis, edulis. Getulia, peculium, torcular, tribulis*, & à bula, comp. ut *Trasybulus. Aristobolus*.

Et ante, p, ut *pupa*.

Et ante, v, ut *diluvium, exuviæ. Ante alias producitur (exceptis quæ sequuntur.*

V, an-

V Ante,c,privatim,Brev.*volucer.*
Ante,d,Brev.*dryada.*
Ante,m,brev. *Antumo,as. Antumedon, columē Columella, documentum, emolumentum, irrumo, as. Lucumo, onis, monumentum*, & à tumeo, comp. ut *contumax, contumelia.* Ante,n,brev. *Albunea.* Ante,r,brev. *Bituri, camurus, centurio, lemures, lucuria, Mamurius, Mercurius, purpura, saburra, tugurium*, & verba desiderativa in urio, ut *esurio.*
Ante,s,brev. *Brundusium, Blandusia, Canusium, Perusium, Volusius, Venusium.*
Ante,t,brev *arbutus, defrutum, recutitus*, & à quatio, comp. ut *concutio tis.*

DE VLTIMIS SYLLABIS.

1. Curtum. is, us 2 inscua longum. 3 Anceps o, ac ultima versus.

A C. i. n. s. u. finales generaliter producunt, ut *ama. sic. noli quin, astas, leges, ros.*

EXCEPTIONES

Sed, a, Brev. *eia, ita, postea, quia*, & omnes casus in, a, (præter ablativum) & græci, vocativi, ut *Enea.*
C. Brev. *Nec, donec, fac. Sed hic pronomen anceps est.*
I. Brev. *Nisi, quasi*, & græci casus in, i. l, y, ut *Palladi, moly.* sed *mihi, tibi, sibi*, ultimam habent cōmunem, his adde *ibi, ubi, cui* cum dissyllabum est.
N. Brev. *an, in, forsan forsitā, tamē, viden*, & neutra in, men ut *flumē*, & græca in, on, quæ ad secundam nostrā declinationē spectāt, ut *Ilion*, & omnes accusandi casus, qui à nominibus ultimā brevē habentibus proficiscuntur, ut *Thetin.*

E, *privatim producunt græca in e, ut Anchisiade, & quintæ declinationis, ut die, re, & quæ inde oriuntur, ut hodie, quare. Item fame, valde, fere, ferme, cete, tempe. Item Adverbia secundæ declinationis, ut doctè, præter bene, & male, item producunt me, te, se, & ne vetantis item verba imparativi numeri singularis secūdæ coniugationis, ut mone. sed vide, cave, vale sunt cōmunia.*

As. ex br. græca, quorũ genitivus exit in *adis*, ut P*allas, adis*, & accusativi tertiæ ut H*eroas*. Item nomina tertiæ in, *es*, quæ crescunt in obliquis penultima brevi, ut *dives &c*. sed ex his *pduc abies, aries, Ceres paries, pes*, cũ compositis, ut *sonipes*, item brev. *es*, & comp. ut *potes*. Item *penes*, & Græca neutra in, *es*, ut Cacoethes. Item nominandi, vocandiq; casus græcorum, ut *Troes*.

Os. Brev. *privatim os ossis, compos. impos*, et Græca neutra ut *chaos*, item, que ad secundam latinam transeunt, ut *tyros*, item omnes interrogandi casus græci, ut P*allados*.

i. Is, *vs* generaliter brev. ut *panis, dominus*. Sed *privatim* Prod. casus omnes multitudinis, ut *viris, nobis quis pro quibus, omnis*; item *glis, vis* nomen, & verbum, *velis, sis* cum comp. ut *quāvis, nolis, adsis*, & secundæ personæ singularis indicativi quartæ, ut *sentis*, item illa, quorum genitivus exit in iois, entis, itis, penultima longa, ut *Salamis, Simois, lis*. Privatim Prod. monosyllaba, ut *plus, rus, & quæ grescunt in obliquis penultima longa ut salus, palus, tellus*, & græca quorum genitivus exit in untis, ut

Aman

Amanthus, item quæ ex oos contrahuntur. ut *Panthus*, Item genitivus á fœmeninis in o,ut *Manto*:huc spectat dulce hoc nomen *Iesus*.

3. O generaliter, anceps est, ut *orando*. sed Prod: privatim monosyllaba,ut,*o*,*sto*,*do*. et dativi et ablativi ut *somno*,*tuo* Item græca, quæ habent omega, ut *Clio*, & *ergô* pro causa Item Adverbia ànominibus orta,ut *meritò*,quibus adde,*adeo*,*ideo*,sed ex his excipiuntur breviá *modò*, & comp.&.*citó*, *imò*, & *scio*,*duo*.Sed *serò*, *verò*, ultimam habent communē.

¶ Vltima syllaba versus communis est.

Dictiones barbaræ,quæ accentu acuto in fine proferuntur, in quancumq; litteram desinăt, ultimas syllabas producunt,ut A*dam*, *jacob*,*leonor*, quapropter latinè sic proferemus, A*damus*, *jacobus*, *Leonora*,penult producta.

¶ Longæ pro brevibus,& é conuersó.

P*Oetæ metri necesitate nonnunquam coacti sunt breves producere*,*velut*,*cum in exametro carmine tres sunt breves continuæ*. Virg. Æn.3. Ibitis Italiā portusq; intrare licebit. *Aut contra*, *longas corripere solent*. Iuv.sat.2. Fugerunt trepidi vera, ac manifesta stoicidæ *hic* stoicidæ,*penultimam longam corripiunt*, Illic, Italiam,*ante penultimam breve producūt*. *Aliis præterea syllabis poetæ*, *quibus semper fuit quid libet audendi potestas*, *nulla coacti necessitate longis pro brevibus & è converso abutuntur*. Virg.egl.4. Ma trilonga decem tulerunt fastigia menses. Túlerūt, *protulérunt*.

Monosylla quoq; brevia more græcorũ producũt. Vir. *Æn.3.* Liminaq; laurusq; dei, totusq; moveri. *Syllabas brevis post quatuor primos pedes maximè secundum, & tertiũ, solent producere. Post.1. Virg. Æn.4.* Pectori(bus)inhians spirantia cõsulit exta. *Post.2. Æn.10.* Nam tibi Tymbreca(put)Evandrius abstulit ensis. *Post 3. Æn.5.* Ostẽtans artẽ, pari(ter) arcumq; sonantem. *Post.4. Egl.6.* Ille latus niveum molli ful(tus)hyacintho. *Sed hac licentia non in suis componendis, sed metiendis veterum poetarum carminibus utentur tyrones.*

¶DE *PEDIBUS.*

C*Ognita iam syllabarum dimensione ad pedes ex illis conficiendis de veniendum est. Pes igitur est pars versus certo syllabarũ numero, atq; ordine difinita.* ¶Pedes duarum syllabarum sunt.4.

Spondeus *constat ex duabus syllabis longis, ut* põsũnt. Pirrichius *ex duabus brevibus, ut furor. Choreus sive Toocheus, ex longa, & brevi, ut ārma.* Iãbus *ex brevi, & longa, ut* virõs.

¶Pedes trisyllabi. 8.

Molosus *ex tribus fit longis, ut* Aēnēās. Trochæus, *sive* Tribachys *ex tribus brevibus, ut* facere. Dactylus *ex longa & duobus brevibus, ut* cõrpora. Anapestus *ex duabus brevibus et longa, ut* animõs. Bachius *ex brevi, & duabus longis ut* dolõres. Antibachius *ex duabus longis, & brevi, ut* maturus, Creticus, *seu* Amphimacer *ex longa, & brevi, & longa, ut maximos. Amphibrachis, ex brevi, lõga, & brevi, ut amatur*

Tetra-

¶Tetrasyllabi, ex superioribus comp. 8.

Proceleûmaticus *ex duobus Pirrichiis, ut* abiete. Dispōdeus *ex duobus spondeis, ut,* ōrātōrēs. Dichoreus *ex duobus choreis, ut* dimicare. Di iambus *ex duobus Iambis, ut* propinquitas. Coriambus *ex choreo, & Iambo, ut* nobilitas. Antipaitus *ex Iambo, & choreo, ut* recusáre. Ionicus *à maiore ex spondeo, & Pirrichio, ut* cantabimus. Ionicus *à minore, ex Pirrichio, & spondeo, ut* diomedes.

¶ De Aliis pedibus.

Pæones quatuor inveniuntur, quilibet ex tribus brevibus & una longa constat. Primus primam habet longā, ut temporibus. 2. secundam, ut potentia. 3. tertiam, ut moriamur. 4. quartam, ut calamitas. ¶ Epitriti seu Hippi totidem sunt, sed superioribus contrarii. Primus primam habet brevem, ut repugnarent. *2. secundam, ut conditores. 3. tertiam, ut discordia. 4. quartā, ut pugnabamus. ¶ Quinq; syllabarum pedes insuctati sunt præter dochimum oratoriæ compositioni maximè appositum, constat ex Iambo, & Cretico, ut respublica.*

¶ *D E V E R S V.*

¶ *Versus est oratio certo genere, numero, atq; ordine pedum alligata, quorum plura sunt genera.*

¶ Hexametrum, *sive* Heroicum *carmen constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondeus reliqui dactyli, l. spondei. Virg. Æn. 2.*

Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

¶ *Quintus pes nonnunquam est spondeus. Unde versus spondaicus appellatur. Virg. Egl. 4.*

Cara Deum soboles, magnum Iovis incrementū.

Pentametrum *Elegiacum, quod fere Exametrum comitatur, quinq; pedes habet, quorum duo primi dactili, l, spondei pro cuiusq; arbitrio sunt, adiuncta syllaba longa finali, quæ cesura, l, semi pes dicitur, ceteri perpetuo sunt dactyli, quibus semipes itidem adiungitur, ut ex utroq; semi pede quintus pes fiat. Constat spō deo & dactylo indiferenter in duobus primis locis, & syllaba longa finali dictionis, quæ cæsura dicitur: & duobus dactylis & syllaba. Ovid. de Pont. 4.*

Omnia sunt homi num tenu i pendentia filo,
Et su bit o ca su, quæ value re, ru unt.

¶ Saphicum *carmen quinq; pedes hoc ordine admittit choreum, spondeum, dactilū, duos choreos. Tertio cuiq; carmini fere nectitur* Adonicus, *ex dactylo, & spondeo constans. Horat.*

Inti gervi tæscele risq; purus
non eget Mauri iaculis, nec arcu,
nec venenatis gravida sagitis
fus cesa retra.

¶ Iambum, l, dimetrum Iambicum *quatuor pedes habet spondeum, Iambum, spondeum Iambum.*

Gaude tecæ tusvir ginum
Plenas habentes lampades
ad nuptias sponsus sacras
venit repente, surgite.

¶ *Alia quam plurima carminum genera qui volet, Horatium adeat. Hæc autem, quia usitatoria hîc visa sunt apponenda.*

¶ *DE CARMINVM FIGVRIS.*

1 Vocalem perimit verbi synalepha prioris.
2 M, perit Et thlipsi cum vocali præeunte.
3 Syllaba de geminis fit per Synerefim una:
4 Ex una duplicem distincta diæresis affert.
5 Ectasis extendit curtã, extentã systole curtat.

1 Synalœphe *est, cum vocalis aut dipthongus præcedẽtis dictionis à soquente excipitur, & quodammodo absorbetur, Virgi.* Æn. 2. Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant ¶ O, & heu *sequente vocali aut dipthõgo, integra manent. Æn.* 10. O, pater, o hominum, deûmq; æterna potestas. ¶ *Item vocalis, vel diphongus, Georg.* 1. glauco, & Panopedo, & Inoo Melicerte. ¶ *Synalœphe in diversis etiam carminibus locum habet. Georg.* 3. Et spumas miscent argenti, vinaq; sulphura. Idæasq; pices.

2. Ecthlipsis *est cum* m *littera simul cum vocali in eodem carmine eliditur. Æn.* 3. Italiam Italiã primus conclamat Achates, *& in diversis carminibus. Æn.* 7 Iamq; iter emensi turres, ac terra Latinorum Ardua canebant. ¶ *Apud veteres,* m, *cum vocali correpta servabatur. Lucr.* 1. Quantum corporum in plumbo est, tantundem pondere par est. ¶ S *littera passim quoq; elidebatur. Enn.* Doctus, fidelis, suavis homo, facundus, suoq; &c. doctu, fi: cum du su, *dactyli sunt.*

3 Synærefis, *Episynalœphe, Sinecphonêsis fit cum sylla ba una ex duabus conficitur, cum duæ vocales in unã contrahuntur. Æn. 10.* Vna, eademq; via sanguis, animusq; sequuntur, *Ubi e, & , a, in unam syllabam coalescunt. Mart. 9.* Denáriis tribus invitas &c. *Hic duplex* ii *in unum contrahuntur.*

4 Diæresis, *sive dialysis est cum syllaba una in duas dividitur ut* aurai, *pro* auræ: sylux, *pro* silvæ. *Æn. 6.* æthereum sensum, atq; aurai simplicis ignem.

5 Ectasis, *sive diastole fit, cum syllaba natura brevis simpliciter producitur Æn. 1.* italiam facto profugus, Lavinaq; venit. *Aut cum eadem consonans geminatur, Æn. 2.* Relligione patrum &c. *Aut, i, & u, in consonantes mutantur. Æn. 5.* Hærent parjetibus scalæ &c. *Ibid.* Genva lavant, *hic* Parjetibus, Gennala, *dactyli sunt.*

6 Systole *est cum syllaba naturâ longa corripitur. Æn. 6.* Illæ autem, paribus, quas fulgere cernis in armis. Fúlgere, *penultima longa pro brevi. Aut positione longa, sed altera consonante extricta. Luc. 8.* Cur obicis magno tumulum, magnesq; vagantes. Obicis, *pro* obiicis.

¶ *De alijs figuris poetarum, qui Metaplasmi nominantur vide, fol.* 135.

DE CÆSVRA.

¶ *Quò pulchrius versus conficiatur, dictiones ita sunt concidenda, ut mutuo amplexu pedes alij ex alijs pendeant sic Ænei. 1.* Nobig narama lisfmile rissuc eur rere disco. *Aliter enim ineptum & insulsum fit carmen,*

men, ut Aurea scribis carmina Iuli maxime vatum.

¶ *Syllaba ex dictione cæsa cesura dicitur, in cuius divisione, quia aliquod, dum ad alias transimus, tempus consumitur, spatiumq; lucratur, ideo, quæ est, brevis, interdum producitur. Æn. 4.* Pectori bus inhi ans spi rantia consulit exta.

¶ *Heroicum carmen Pristini grammatici, in partes quatuor secant quas sectiones, sive cæsuras appellant,* Penthemimerim; *T*rochaicam, Heptæmimærim, Bucoliam, *sive tetrapodiam.* ¶ Penthemimeris, *latinè semiquinaria, constat ex duobus pedibus, & syllaba, quæ dictionem claudat. Æn. 8.* Vrbe llisig num. ¶ Trochaica *post duos pedes habet duas syllabas longam & brevem, sive trocheum, quæ dictionem terminet. Eglo. 4.* Nonom nesar busta. ¶ Hepthemimeris, *latinè semiseptenaria continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat. Æn. 1.* Multasu perPria mo rogi tās ¶ Bucolia sit, *si Hepthemimeri duas breves adiunxeris.* Multasu perPria morogi tans super. *Itaq; Heroicum carmen ad summum tres potest habere cesuras, ut patet,* Multa su per Pria mo rogi tans super Hectore multa.

Sed de His Hactenus. Cætera de patronymicis, & alijs rebus, usu & poetarum lectione discenda sunt.

Ad carmina componenda rem primum tibi propositā variis synonimis ornatam curabis, ut, quod magis iuverit, eligas Adverbia *deinde apta atq; iūctiones quærendæ, atq; tandem epithetis elegantibus rem illustrabis. Magno tibi ad hanc rem Textilis epitheta esse poterunt adiumento.*

DE ORTHOGRAPHIA HOC EST, DE RECTA SCRIBENdi Ratione.

INTRODVCTIO.

SCribendi scia (sic enim a Quintiliano, à græcis verò Orthographia nominatur) prima est ex quatuor Grammaticæ partibus, eaq; non contemnenda. Sed cum à plerisq; eiusdem Grammaticæ professoribus, nescio qua ratione commotis illam quasi nullius momenti negotium neglectam relinqui conspiciã: quoddam quasi me beneficium adolescentibus litterarum studiosis posse conferre putavi, si, quæ de Orthographia discenda sunt, licet non primo (ut par erat) at ultimo saltim loco facili quodam compendio tradiderim. Scribendi namq; ratio (ut est apud eundem authorem) cum coniuncta cum loquendo sit, hancq; ob causam alterum alteri mutuum ad sui perfectionem præstat auxilium: litterarum profectò Grammaticarum peritissimi (ut desideramus) nomen vel optimus quisq; discentium neutiq; obtinebit, qui latinum dumtaxat sermonem loquendi scientiam sibi indefesso labore peperit: quibus autem litteris duplicatis, an simplicibus, maiusculis, an minusculis, apicibus, seu punctis distinctis, aut dipthongo coeuntibus unaquæq; sit dictio scribenda

benda minimè fuerit adeptus, cum rerum harum cognitio vel ad ambiguitatem ex oratione tollendam sit admodum necessaria. Aliud enim significat pœnæ diptongo descriptum, aliud penè sine illo. Quam ob rem primò ab eius difinitione tractationem huius rei ordiemur, deinde ad alia eius accidentia tractanda gradū faciemus.

ORTHOGRAPHIA *igitur (cum dicatur ab. orthos, id est rectum, & grapho, scribo, quasi scientia rectè scribendi) docet quibus litteris quælibet sit dictio scribenda.*

Cacographia *è converso (cum dicatur à caco, id est, pravum) vitium quoddam est adeò pernitiosum, ut sæpe mutet dictionis sensum, mutet pronunciationem, cōfundat deniq; orationem. Quod quidem ut fugiamus, recta litteras scribendi, easq; pronunciandi ratio in hunc, qui sequetur, modum distenda est.*

LITTERA *est individui soni comprehensio, cuius apud Latinos tum in voce, vel sono, tum etiam in forma & figura viginti quinq; sunt diferentiæ, ut infra patebit.*

LITTERARVM.

Maiuſcularum. Forma.	Minuſcularũ. Figura.	Cõmunis omniũ Prolatio.
A.	a.	.
B.	b.	be
C.	c.	ce
D.	d.	de
E.	e.	
F.	f.	ef
G.	g.	ge
H.	h.	ha,l,he
I.	j. *conſonans.*	ja
	i. *vocalis.*	.
K.	k.	Ka
L.	l.	el
M.	m.	em
N.	n.	en
O.	o.	.
P.	p.	pe
Q.	q.	qu
R.	r.	er
S.	ſ.s.	es
T.	t.	te
V.	v. *conſonans.*	va
	u. *vocalis.*	.
X.	x.	xi,l,ix.
Y.	y.	ypſilon
Z.	z.	zeta.

LITTERARUM PRONUNciatio, carmine comprehensa.

A. sub directo memorabilis oris hiatu est.
B. simul inclusis profertur utrinq; labellis.
C. linguam ad pulsos compellit adusq; molares.
D. cogit superos lingua contingere dentes.
E paulum pressa profertur gutture lingua.
F. labium inferius superis cum dentibus urget.
G. media dum lingua tangit utrinq; palatum.
H. oritur, tractis cum ventus faucibus halat.
I. linguam impellit collidi dentibus imis.
K. fauces format media cum parte palati.
L. facit extremum contingens lingua palatum
M. cum sit pressum premitur per utrumq; labellum.
N. linguam ad pulsa collidit littera dentes.
O. venit, exoritur cum spiritus ore rotundo.
P. Datur, eruptis ter littera quinta labellis.
Q. fit, in ad pulsu cum stringimus ora palati.
R. facit, ut supero crispetur lingua repulsu.
S. cum fit, peragit coliso sibila dente.
T. lingua impulsu contactis dentibus exit.
V. facit os strictum, sic primula labra fatigat.
X. reddit quicquid, c, atq;, s, formare videmus.
Y. apprehensis labris precedere visa est.
Z. sepulchrales imitatur consita dentes.

Vara

VARIA LITTERARUM prolatio, atq; natura.

Litterarum pars vocales, aut sonantes dicũtur, pars vero consonãtes. Vocales sunt A, e, i, o, u, y, ex quibus totidem fiunt diphthongi. Diphthongus est conglutinatio duarum vocalium in una, ut æ.l, ae, au. œ, l oe, latinis, eu, ei, yi, græcis, quibus vero est, e, l, i, ultima, illa tantum sonat, in reliquis autem diphthongis ambæ vocales pronunciantur, ut præmium, aurum pœna; Europa, Penthei, Harpyia. Aliqui tamẽ hei dissyllabum pronunciant. Præ, semper scribenda est cum diphthongo nisi in his, premo, precor, preces pretium, interpretor cum derivatis.

C Cum diversis vocalibus mutat pronunciationem & sonum. Ante, e, i, propriam sortitur prolationem ut Celo, as, civis, cui tamen nunquam supponendum est punctum, ut in vocibus hispanis çapato &c. Ante, & post alias vocales, vel cum ponitur aspirata haud aliter profertur, ac si esset, K, ut, caput, dulcor, cura, lac, alec, hic, hoc, huc, factus, lectus, ictus, doctus, ductus. Monarcha, Sichen, Eliachin, Elencho elenchus.

G Litteræ pari ferè modo accidisse comperimus, cui quidem, sequẽtibus, e, i, propria est pronunciatio prope enim ad hispanæ yotæ sonum accedit, ut genus, gigno, quibus verò si, l, r, u, liquida interponãtur, aut cætera sequantur vocales, sonat quasi, q, vel, c, ut hispanicè gula, ut, gleba, glisco, gressus, griphus langueo, languidus, ganio, gothus, guberno. Cuius pro-

ronunciatione non desunt, qui, subuente, n, abutātur, icentes años, *cum*, ñ. *hispana*, *pro* agnus.

H. *Verò, licet (ut fert communis opinio) aspirationis dum taxat fungatur officio: à litterarum tamen onsortio exterminari nonnūquā permittitur. Aliuantò enim asperiorem vocalium, quibus adhæret, eddit pronunciationem, ut* Habitus, hæreo, in hibeo omo, humus. *Quæ quidem nunquam est Latinè, ut Hispanè*, ache, l, q, *proferenda. Vnde nullo, vel falso videntur niti fundamento, qui dictiones has*, nihil, mi ii, *haud aliter proferendas existimant, ac si hunc in nodum*, niquil, miqui, *scriberentur*.

I, j, y, *cum triplici pateāt forma depictæ, triplici quoq; discrimine, quod attinet ad usum, distinguēdævidentur*. I, *vocalis exilem admodum habet prolationem*, j, *vero consonans & si ferit vocales: non tamen in atinis dictionibus ut* ijota *in verbis hispanis, ut* jardin, *est proferenda, sed ut* ypsilon, *in his vocibus*, mara, yedra, mayor, ayuno, *ut* Ianua, jecur, rejicio, jocus, Iudex. *Ypsilon autem licet eundem, atq;, i, vocalis habeat sonum, non nisi in dictionibus græcis, quod penitus græca sit, utitur* Latinus *ut* Symbolum, Lyra. I, *inter duplices numeratur erat enim olim, ii, ut Pompeus, pro Pompeius*.

K. *Idem ferè de K, littera, ac de, y, est dicendum, quæ quidem dictio hæc, Kalenda, tantum scribi inter Latinos videtur, cuius loco C. proprius sufficipossét*.

L. N. *Litterarum*, l, &, n, *nota est omnibus pronunciatio. Illud autem animadverti oportet, ut etiā*

si du-

ſi duplicentur, ut fallo, annus, *non tamen ut hæ voces hiſpanæ,* gallo, año, *ſunt proferẽdæ. Sed altera,* l, *vel,* n, *vocalem præcedentem, altera verò ſequentem comitabitur, ut* fal,lo: an,nus.

M Cũ *Latinus ſuos omnes ferè obliquos,* m, *littera finiat. Tyrones tamen illam extremã, perinde, ac ſi eſſet,* n, *pronũciãt, quod quidẽ peſſimũ vitiũ ut fugiãt, meminerint pueri, diverſas has litteras ſortitas eſſe prolationes diverſas.* ¶ *Ante,* b, p, m, *nunquam,* n, *ſed,* m, *conſtituitur, ut* ſymbolum, ſemper, commune. *Ante alias omnes maximè indictionibus, compoſitis ſemper ſcribitur,* n, *etiã ſi in ſimplicibus ſit,* m, *ut quãquam, quemvis, quicunq;.*

PH *Littera indictionibus græcis aſpirata idẽ officiũ* q; F. *in latinis fungitur, ut* Philoſopus.

Q *Semper litteræ,* u, *liquidæ ſemper manenti præponitur, ut* qua, quæ, quis, quod, quum, *monoſyllabæ omnes.*

R *Simplex in principio ſtatim dictionis craſſam reddit ſonoritatẽ, ac ſi eſſet duplicata, ut* ratio, reddo, ritus, rogo, rugit. *In medio verò dictionis duplicanda videtur, ſi eandem prolationem illi præſtare volumus, ut* terra, ferrum, *niſi in prima parte poſitionis compoſitarum dictionum, ut* præ ripio.

S *Litteræ ſonus, ſumma ope nitendum eſt, ne communis fiat cum,* C, *ut* caſtellum, *pro* ſacellum: çera, *pro* ſera. *ſ. longa nunquam ſcribitur in fine dictionis*

R. & S. cognata ſunt, ideo ſcribimus, arbos, pro, arbor.

T. Pro-

T. *Profertur ut*, C, *sequentibus*, i, *& alia vocali*, *ut* gratia, mercietur, pretii, pretio. *Præterquam cum antecesserit*, s, x, *vel*, th, *aspiratum*, *ut* questio, mixtio, Mathias. *Quando autem scribendum sit*, t, *vel*, c, *usu facile cognoscemus*, *si recurrimus ad creata nominis vel verbi*, *ubi solum*, i, *fuerit*, *ut* facis, sentis, audacis laurenti. Litium *haud aliter pronunciandum est*, *ac si* licium, *scriberetur*. *In dictionibus vero hispanis*, *& in omnibus ferè græcis*, t, *propriã retinet plationẽ*, *ut* tiera, tiaras, Betios. *Inter alia pessime pnũciationis vitia usus pnũciãdi*, d, *p*, t, *in fine dictionis*, *ut* capud, p, caput facid, *pro* facit, *maximè vituperandus est*.

V. *consonans*, *&* u, *vocalis tam dissimiles sunt in sono*, *quã in forma*, *ut* vultus. *Cavẽdũ præterea est ne illa pressis labiis proferatur*, *ut*, b, *dicendo*, bibo, pro vivo, *ut à tyronibus fieri solet*. *sed dentibus superis infrius labium prementibus*.

u. *Vocalis fit liquida post*, q, *semper*, *post*, g, *vel*, s, *aliquando*, *in qua quidem pronuncianda consulendum est tema primitivi*. *In hac dictione* sua, *integra est*, *quia proficiscitur à* suus, *ubi est etiam*, u, *integra*, *& sic de ceteris*, *ut patet in regulis de quantitate syllabarum*.

X *Littera est duplex*, *quia componitur ex*, c, *aut*, g, *&* s, *quarũ utriusq; sonoritatẽ observat*, *ut* pax, *p* pacs: lex, *p* legs, *ũde dictiones*, c, *&*, s, *ãscriptæ in*, cis, *ut* pax, pacis: *quæ vero*, g, *&*, s, *scribũtur in* gis *ut* lex, leges, *casus augẽt obliquos*, *nec pferẽdũ* dixi *ut hispanè*, dixe. *Nã imperiti litterarũ illã ut* g, *vel*, *i, etc.*

hispanā pronunciāt, ut gil, jarro. ¶ *Z. est quoq; duplex pureq; graeca, quam quidem per duplicem, ss, prisci red debant, ut* gassa *pro* gaza.

L. M. N. R. si post se alteram habeant consonantem ad praecedentem pertinet vocalem, ut al bus, am puto, trun cus, cor bis, *sicq; dividendae sunt, quando in fine lineae syllaba disecatur. Reliquae consonantes, si post se habeant aliam, utraq; ad sequentem vocalem pertinet, nec in disectione dividendae sunt, ut* Atlas, author, *nisi dictiones fuerint compositae, tunc enim integra cōpositio & pronuncianda & scribenda est, ut* etenim, sinagoga. *Item sunt dividendae si littorae duplicentur ut* lit tera.

¶ De Praepositionibus conscribendis.

C*Vm praepositiones in consonantem finitae illam in primam verbi frequenter mutent, praecepta haec observanda putavi.*

A, *adiungitur incipientibus,* m, *vel,* v, *consonante, ut* amoveo, avello.

Ab, *cum,* a, d, e, f, i, l, n, o, r, u, *ut* abalieno, abduco, aberro, abforet, abjuro, ablato, ab nuo, ab orior, abrogo abundo, *cum verbis* fero, & fugio, *mutatur in,* au, *ut* aufero, aufugio. I*ncipientia* ab, r, *mutant,* b, *in,* r, *aliquando, ut* arripio. *Quae autem incipiunt a,* c, q, t, *non admittunt* ab, sed, abs, *ut* abscindo, absq;, abstuli.

Ob, *cum omnibus conectitur litteris, mutata tamē* b, *in primam litteram verbi, si ea sit,* C, f, p, g, *ut* accūbo, offero, oppugno, ogganio, *in,* obfore, *retinetur,*

b, &

b, *& in aliis, ut* ob trudo, ob mutesco.

Sub, *cum omnibus fere componitur consonantibus, mi grat vero, b, in primam verbi, si incipiat a* c. f, g, m, p, r, *ut* succumbo, suffero, suggero. summito, suppono, surripio, *exceptis* sub rideo, sub rogo, sub ruo Sustineo *autem*, suspico, suspiror, suspicio, sustuli, sustolo, *& huiuscemodi alia quædam sine, b, scribenda sunt, quia non à* sub, *sed* a sus, *aut a* sursum *componuntur.*

Ad, *semper mutat* d, *in primam consonantem verbi, ut* acurro, affero, aggrego, allego, annumero, appono, arrogo, assisto, atribuo. *In* adsum *verò manet* d, *sicut in illis, quæ, b, i, m, incipiunt, ut* ad bibo, adjuvo, admoneo, *sed* agnosco, d, *mutat in*, g. *Ante, q, mutatur*, d, *in*, c, *ut* acquiro, quicquid. *Si verbum incipiat*, s, *amittitur*, d, *ut* ascribo, aspiro.

Di, *componitur cum incipientibus*, d, g, l, m, n, i, v, *ut* diduco, *l*, deduco, digero, diluo, dimutó, dinumero, diiudico, diverto.

Dis *cum* c, f, i, p, q, r, s, t, *in omnibus retinet*, s, *ut* discumbo, disiungo, disputo, disquiro, disrumpo, dissimulo, distribuo. *Ante*, f, *vero mutatur in illam, ut* differo.

E, *componitur cum*, b, d, g, i, l, m, n, r, v, *ut*, ebibo, educo, egredior, eiicio, elevo, emitto, enitor, erigo, eveho.

Ex, *cum*, a, c, e, f, o, p, q, s, t, u, *ut* exaudio, excurro, exeo, exoleo, expello, exquiro, exsaturo, extendo exuro, sed, X, *mutatur in*, f, *ut*, effero.

In,& con *cum omnibus componuntur litteris,ante,*b, p,m,*mutatur*,n,*in*,m,*ut* imbuo,comburo,imputo computo,immitto,committo.*Ante*,l, *mutat*,n,*in eandem*,*ut* irrideo,corripio,illido,collido. Con,*si verbũ incipit a vocali,abiicit*,n,*ut* coarguo,cohibeo

Am,*si componitur cum verbo incipiente à vocali, interponitur*,b *ut* ambigo,amburo,*cum*,c,h,f,q,*mutatur in*,n,*ut* ancisus,anhelo,anfractus,anquiro.

Re,*si componitur cum verbo incipiente à vocali, accipit*,d,*ut* redeo, redimo. *Idem facit aliquando*,pro, *ut* prodeo,*aliquando non*,*ut* proavus.

Per,& inter,*mutant aliquando*,r,*in*,l,*cum verbis exordientibus ab illa*,*ut* pelliceo,intelligo.

Circum *componitur cum omnibus litteris,præter*,b,o r,*sed ante*,c,d,f,q,t,n,*mutat* m *in*,n,*ut* circuncido, circunfero,circunquaq;, circumtuli.

Trans,*ante*,d,n,i,*abiicit*,n,& s,*ut* traduco,trano, traiicio.*Ante*,s,*abiicit*,s,*ut* transcribo.

A *præpositione utimur ante dictiones á consonante incipientes.*

Ab,*ante vocalem*,*ut* ab illo,& *ante*,i, *consonantem*, l,r,*ut* abjove,ablege,abrege.

Abs,*ante*,q,t,*ut* absq;,abste.

Ex,*ante vocalem*,& *consonantem*.E,*tantum utimur ante consonantem.*

¶Hæc de litterarum usu dicta sufficiant,nunc ad reliqua,quæ de recta scribendi ratione dici possunt,veniamus.

IN principio,*aut in fine dictionis non geminatur eadem consonans.*

¶Si

¶ *Si in fine lineæ aliqua dictio discecatur, & sequens syllaba à gemina consonante incipiat, altera earum claudit ultimam lineæ vocalem, altera sequentem comitabitur, ut supra, dictum est.*

¶ *Littera capitalis, maiuscula, versalis (quæ idē sunt) in nominibus propriis, vel in appellativis vicem propriorum gerentibus, & in principio carminis, seu periodi collocatur.*

¶ *Eadem consonans in medio nō potest duplicari, si præcedat alia consonans, ut* disco, censeo.

¶ *Si in fine lineæ dictio dissecetur, in signum sectæ syllabæ virgula sic* ⸗ *poni solet.*

¶ Incisum *sic*, Membrum *duobus punctis*: Periodus, *puncto denotatur.* Parenthesis ita ( ). Interrogatio *sic*? Interrogatio *cum admiratione seu exclamatione ita!* Aduerbia *quædam virgula in ultima vocali notari solent ut* ponè: *Nec tamen hac de causa ibi collocatum esse accentum putetur, ut à plerisq; solet.* Recensiones *in incisis supra, puncto solent describi, quando incisum simile membro est.*

¶ *Quæ ex authoribus citantur asignari solet in margine linearum sic* ⸗ *vel sic* ,,.

¶ *Indictionibus incliticis virgula constitui solet, ut denotetur ubi sit accentus, ut* q;, nè. vè.

¶ Asteriscus *in margine variā lectionē denotat, ut.* * *loco austerici ponūtur interdū duæ pēdentes lineæ sic.* ⸗

¶ Obeliscus *in textu illis dictionibus præfigitur, quæ non inveniantur in aliis* ☛.

¶ Manus *portento indice in margine* collocatur, *ut lo-*

☞ *cus animadversione dignus denotatur.*

¶ *In fine paginæ collocatur dictio unde sequens incipiat pagina.*

¶ *Dubiæ dictiones, cum adverbia, l, coniunctiones, l, nomina in diversis casibus sunt in syllaba penultima, vel ultima longa accentu circumflexo notantur ad ambiguitatem huiusmodi auferendā: non tamē id circo acentus in ultima est proferendus, ut* aliâs, ergô, naturâ.

¶ *Aliquando post finem clausulæ apponitur punctum, nec tamen littera sequetur capitalis, ut periodus imperfecta intelligatur.*

¶ *Si mutilatæ dictiones apponantur, addatur ad radicem dictionis punctum, ut* Deus Opt. Max.

¶ *Quādo loco dictionis prima tantū eiusdem dictionis collocatur, inter duo pūcta scribēda est, ut* S. P. Q. R.

¶ *Soluta diphthōgus duobus apicibus supra capita vocaliū quæ cōglutinata erāt, positis assignatur, ut* Pôêta.

¶ Peroratio totius operis.

HAbetis, *Fratres charissimi, quæ tū de Orthographia, tū de rebus aliis ad præceptivā Grāmaticā spectantibus tradi possent, & cōmuniter observantur. Reliqua in præcepta non cadūt, sed lōgus scribēdi legēdi, imitādiq; usus, qui magistrorū omniū regulas superāt, edocebit, quicquid illæ nō valēt. Ad hāc tamē rē facilius, perfectiusq; per sequēdā libellus quidā đ Grāmatica historica paucis post diebus, Deo anūte, in lucē edēdus, spero fore, ut nō parvæ sit vobis utilitati. Hæc interim boni consulite, & Valete.*

Soli Deo honor, & gloria.

DOCTORIS HIERONYMI GVTIERREZ HENriquez Lusitani in laudem operis.

(.?.)

EPIGRAMMA.

TU quicunq; cupis latiam perdiscere linguam,
Huc ades, hanc facili tramite Vega docet.
Ille viam reddit placidam, minimoq; labore,
Sternit iter, breviter lucida cuncta facit.
Quid dubitas, iuuenis, per apertos currere campos.
Hac Vega methodo nubila, clara patent.



FINIS.

RERVM, AC VERBORVM HVIVS OPERIS INDEX.

An-

